

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.



1680.

1. Bornius, Jacobus : De eo, quod iustum est
circa destinationem.
2. Carpzovius, Aug. Bened. : De iure fisci circa
bona ab imperatore facta proferri vel censum
in commissa cadentia.
3. Heimerici, Thom. Regidius : De poena decollationis
4. Ffingius, Gottfr. Nicolaus : De expulsione con-
ductoris ante tempus
5. Menckerus, Theodorus : De homicidiis, quae im-
putantur majestati in bello iusto.
6. Meylius, Andreas : De testamento tempore pestis
condito.
7. Meylius, Andreas : De corruptionibus.
8. Philippus, Fridericus : De delegatione. 2 Sumptus
9. Philippus, Fridericus : De factis in processu
Iurisco.

1680.

10. Philippus, Fridricus : De juribus circa cataveria
Rumana
11. Philippus, Fridricus : De probatione de audita
- 12^{9, 6, 5} Philippus, Fridricus : De collegiis apificum
3 Sumpt. 1680, 1717 & 1744.
13. Rechenberg, Adamus : De Hermanturorum metallurgis
argentaria
14. Schmidtus, Johannes : De jure majestatis circa
onera publica.
15. Schulz, Christianus : De consiliariis
16. Schreuderboerfferus, Bartholomaeus Leonhardus ... De
tutela testamentaria
17. Schrecker, Joh. David : De jure naturalis
immutabilitate
18. Zehn, Joh. Georgius : De abdicacione magistratus

Handwritten text on the left margin, including fragments like "vera", "di Tu", "Mungu", "w", "c", "d", "Aus".



1843.
Philippus, Titianus, ...
Annae
Philippus, Titianus, ...
Philippus, Titianus, ...
3. Aufl. 1644, ...
Rechenbuch, ...
Arithmetica
Schmidius, ...
...
Schulz, ...
Schmidius, ...
...
Schubert, ...
...
...

10



1680 2
42

DISPUTATIO JURIDICA
De

**JURE FISCO CIRCA
BONA OB DEFRAUDATUM
FALSA PROFESSIONE CENSUM
IN COMMISSUM CA-
DENTIA.**

Quam

Summo Numine adjuvante
Consentiente Magnifico Jctorum
ordine

SUB PRÆSIDIO

DN. AUG. BENED. CARPZOVII,
J. U. D. & Pandectarum Prof. Publ.

*Dn. Patroni ac Præceptoris sui ætatem
devenerandi,*

Ad diem XXIX. Aprilis, A.O.R. 1680.

Publicæ Eruditorum συζητήσεις committet

A U T O R

HENR. EBERHARD. Schnarmacher /
Hildef. Saxo.

H. L. Q. C.

LIPSIÆ,
LITERIS COLERIANIS.



A

TRES-NOBLES & TRES-GENEREUX MESSIEURS,
MR. BRAND. LUDOLPHE, de Stöte-
rogguen Patricien, Senateur & Seigneur des Salines
dans la tres-celebre Republique de Lunebourg.
MR. CHRISTOFLE NICOLAS,¹ de Stöterogguen
MR. STACE FRIDERIC, } tous freres Ger-
MR. JEAN HARTWIG, } mains,
aussi
Patriciens & Seigneurs des Salines dans la
même republique.
Mes Grands Patrons & Bienfaiteurs.

MESSIEURS,

HA passion & le zele, que j'ay il y a long temps de donner des preuves de mon profond respect à *Vos Generosités*, m' a obligé de consacrer ces premiers fruits de mes études academiques, à *Vos illustres Noms*. Parceque les obligations, que je Vous ay, ne m' ont donné point de repos jusques à ce que j'ay mis la main à la plume pour Vous temoigner le ressentiment que j'enay. Et certes je me rendrois tout à fait indigne de l' affection, que *Vos Bontez*, m' ont toujours portée, si je ne mettois peine, de Vous donner ces marques de ma tres-humble re connoissance; voire je pourrois encourir le blâme de l' un, d' entre *Vos Generosités*, j' entends celuy de **MR. BRAND. LUDOLPHE**, de qui le Venerable Nom je n' appelle jamais sans faire un recit, de toutes les obligations, que je luy ay. Car c' est luy, qui m' a fait sentir les effets de son *Genereux cœur*, tout le temps, que j'ay eu l' honneur d' être en sa maison, c' est luy, qui m' a toujours au besoin prêté main forte, & qui a de telle façon avancés mes études, qu' il me faut avouer que je suis son debiteur, qui ne le sçaurôit jamais payer. J' en dirois bien davantage, mais l' impuissance, où je me trouve, de ne luy pouvoir temoigner ma reconnoissance, que par de simples paroles, m' impose le silence. C' est pourquoy je retourne à Toutes *Vos Generosites*, les suppliant tres-humblement, de prendre en bonne part ma hardiesse, & de voir d' un bon ocil cette offrande, qui est bien petite, mais du nombre de celles, qui partent d' un pur cœur, & que la divine bonté même ne méprise point. C' est elle, que je prie de toutes les puissances de mon ame, de combler *Vos Generosites* & toutes Vos illustres Familles, de ses graces spirituelles, & temporelles, & de me rendre capable de Vous pouvoir temoigner, avec quel zele & respect je suis

MESSIEURS,

*Vôtre tres-humble & tres-oboëissant
serviteur*

Henry. Everard. Snarmacher.

DEO ADJUVANTE.

VTi omni ferè semper populo inest malignum quoddam & querulum in imperantes, iudice *Lipſio 4. pol. n. n. 168.* ita cum primis id contingit, ubi de bonis suis aliquid tributi nomine decerpere & in publicum conferre debet. Surdas hic semper imperanti præbent aures *οἱ πολλοί*, & ægrè ad id pertrahuntur. Longè n. iis durius videtur, illa, quæ semel in bonis numerârunt, erogare, quàm quædã non acquirere, nec tam pauperes se reddi putant, uti loquitur *Ulpianus in l. 5. §. 13 ff. de donat. int. vir. & ux.* cum quid non acquirunt, quàm ubi aliquid de patrimonio deponunt. *Conf. Pufend. de J. N. & G. l. 8. c. 5 § 5. p. m. 1149.* Atq; utut querulo vulgi ingenio nunquam non se attemperarint qui clavum reip. gerunt, ac leni via rem sint aggressi, vix tamen fuit, ut promptior ad onera publica sustinenda plebs redderetur. Cùm autem in tributis vitam & reip. nervos esse, per *l. 1. §. 20. ff. de quest.* & sine his malè conservari *Remp. juxta Nov. 161. c. 2. Nov. 149. c. 2.* animadverterent, ad remedia tandem violenta deventum est. Atque orti hinc exequendi modi, per manum militarem, durch militärische execution, oder exequir *Soldaten* (quem quidem parcissimè adhibendum svadent. *Klok. de contrib. c. 18.* malè autem illicitum & legum fundamento destitutum nonnulli volunt per *l. 7. C. de exact. trib.* contrarium enim evincit *l. 1. C. de off. pref. aug.*) nec non per carcerem. *Carpz 4. resp 77. n. 4.* sequestrationem fructuum, pignorationes. *Dn. Stryk disp. de pignor. c. 3. n. 17* mulctæ indictionem, subhastationem, *l. 1. & 2. C. de cap. & dist. pign. Dn. Ziegler. exerc. 2. de jure coll. §. 52.* aliq; multi & penè dixerim innumeri. *Conf. Klok. dissert. pecul. de contrib. concl. 66. lit. b. Mev. ad Jus Lub. p. 2. tit. 2. art. 3.* ut vel sic, quod placidè petentibus denegabatur, per vim extorquerent. Atque his posterioribus modis accensendus quoque venit & iste, quo nempe fraudulosè oneribus publicis sese subtrahentes poenam amissionis bonorum subdolè non indicatorum luunt. Qui modus cum in multis hodie Germaniæ locis receptissimò sit, cum primis a Hildesiæ in dilectissima mea patria, cujus jura ignorare turpe judicat *Jctus in l. 2 § 43. ff. de O. l. vigeat*, in eo paucis examinando vires ingenii hac vice periclitari lubuit.

Faxit DEUS feliciter!

A 2

§ 1.



§. 1.

Non multus hic ero, circa vocum omnium in rubro contentarum enucleationem etymologicam, aut homonymicam, & similia, probè gnarus, otiosam hanc diligentiam quæ ubi de re constat, in vanis nominum vocabulis hæret, nostris improbari. *l. 2. §. 1. vers. sed ut subtil. cod. de const. pec.* quippe qui non verbis sed rebus Leges imponunt. *l. 2. C. comm. de leg.* Breviter saltem, ne ἀνδαβάτῳα χεῖν videamur, quid cujusq; nomine intellectum velim, exponam.

§. 2. Est autem inscriptio, de Jure Fisci circa bona ob defraudatum censum commissa. Ubi per vocem Fisci non tam arcam & locum, ubi pecunia publica reconditur, prout fiscum definit *Brunneman. ad l. 1. C. de J. F.* Ludvvel. *exerc. X. §. 5.* quàm potius rerum publicarum universitatem, quæ omnia jura ad pecuniarium reip. commodum spectantia complectitur, uti exponit *B. Lauterbach. Disp. de Jur. fisc. §. 1.* intelligimus quomodo sic actiones ipsi attribuuntur, & sæpius succedere, contrahere, alienare & alia similia facere in LL. dicitur. *l. 3. §. 8. l. 5. l. 21. l. 28. ff. de J. F. l. 7. C. eod. l. 2. C. de conven. fisc. deb. l. 22. ff. de fidejussor. & passim.*

§. 3. Vocem Commissi quod attinet, quantum ad præsens, tripliciter eam exponere solent. (1.) ut tam delictum in legem commissum, quàm etiã pœnam comprehendat. Quomodo eam satis rectè explicari contra Salmasium à Gibalino *de usuris, l. 3. c. 7. art. 12. consuet. 4.* dicit: *Dn. Ziegl. de jur. vet. §. 69.* add. *Dn. Schwendendörf. ad Eck. tit. ff. de leg. comm. §. 1.* (2.) accipiunt eam pro delicto tantum, uti vult *Gotthof. in l. 9. §. p. ff. de min. Zes. comm. ad tit. ff. de L. Commiss.* (3.) pro pœna tantum quando res committitur, i. e. excidente domino alteri acquiritur, uti interpretantur *Hahn. ad W. tit. de pign. n. 5. p. m. 7. Carpz. p. 2. l. 38. def. 21. n. 2. Frantzk. ad ff. de L. Commiss. n. 5. Perez. Cod. de pact. pign. n. 4.* quomodo sic merces dicuntur fisco committi, feudum domino, quando ipsis acquiruntur. *l. f. §. 5. 3. & seq. ff. de public.* item commissa pœna *l. 4. §. 1. ff. de V. O.* commissum pignus, dicitur. *Meier. Coll. I. Arg. ad tit. de public.* Atque sic commissi synonyma sunt amissio, publicatio, aut confiscatio bonorum. Vulgò was dem fisco ver. oder anheimb fällt. Quæ significatio quàm maxime hujus est loci, quavis reliquæ huc accommodari etiam queant.

§. 4.

§. 4. Restat deniq; explicanda Vox Censur, quam sequestratis omnibus aliis significationibus, quæ leguntur ap. *Calvin. in Lex. hac voce.* hic sumo, pro onere publico, quo cives bona sua magistratui indicare debent, & juxta ea pensionem aliquam solvunt. Quod inventum ad declinandam, quam vulgus ægerrimè fert, tributorum inæqualitatem, longè utilissimum est. Cùm enim æqualitas in imponendis oneribus vix servari queat, nisi vires patrimonii cujusq; probè cognitæ sint imperanti, *Carpz. 4. Resp. 74. n. 1.* nullus commodior æqviorve modus esse videtur, quàm ut mediante censu & indicatione subditorum eæ explorentur. Nullum enim civium altero magis onerat, aut favet. Inde q; & in comitiis imperii hic mos approbatus est. *Reichs Abschied zu Speyer/ de anno 1544. §. so viel den ferner. §. aber ein Jeder. Köbenstrunck im rechtl. bedencen von Anlagen. n. 300. & sq. p. m. 82.* Licet enim durum & in humanum dicat imperator, publicatione rerum familiarium & paupertatis detegi vilitatem & invidiæ exponere divitias in *l. 2. C. quand. & quib. quart.* Nemoq; libenter secreta patrimonii evulget *Oldenburg. thesaur. rerum pp. tom. 1. pr. jung. l. 2. C. de alim. pup. prest.* In id tamen politici *ὁμοθυμαδὸν* conspirant omnes, hæc si quæ sunt, incommoda, publicâ longèq; majori utilitate pensari. *Jac. Zevcot. not. ad Flor. l. 1. c. 6. Lips. 4. pol. II. n. 103. Besold. pol. l. 2. c. 4. n. 25. Bodin. l. 6. de rep. c. 1. qui & reliqua, quæ contra censum hunc objiciuntur eruditè diluit.* Imò longè melius cum privatis hoc modo agi, si ipsis libera rerum suarum permittatur taxatio, ac fortè percensitores aut peræquationes, putat *Mev. ad Jus Lub. p. 2. art. 3. tit. 2. n. 2. ubi navos peræquationum exponit.*

§. 5. Licet autem aliàs census usurpari tantùm soleat, pro sola professione bonorum & relatione ad tabulas censuales, ad quem effectum ut postmodum onera juxta factam professionem *l. 4. ff. de cens. R. Imp. de anno 1544. §. damit aber. §. doch sollen.* & subsequutam æstimationem ratione fructuum *Reichs Absch. de anno 1544. §. damit aber die Gehorsam.* imponantur, vid. *Ekholt. ad tit. de cens. §. 1.* quia tamen quibusdam in locis non in simplici hæc professione censum hunc subsistere, sed etiam actualem solutionem complecti observavi, uti fit *Jure Lubecensi, Mev. d. l. p. 2. tit. 3. art. 2. n. 10. & sq.* idè malui laxius voce census uti, & eam etiam ad actum solutionis extendere, *Conf. Dn. Thomas. dissert. de potest. ag. cens. §. 5. lit. H.*

§. 6. Et quamvis porrò istiusmodi census etiam in extraordinariis collectis observari soleat, itidemq; in casu fraudulosa professionis poena committi obtineat. *Klok. de contrib. §. 51.* idemq; de censu emigrationis testetur *Webner. Obs. pract. voce Nachsteuer.* potissimum tamen intellectum hic vellem censum illum ordinarium civicum, quem quotannis cives solvunt, & vulgò der Bürgerschoss die jährliche Verschossung der Güter/ in vernacula audit. *Mev. ad Jus Lub. p. 2. tit. 3. art. 2. n. 10. Webn. Obs. pr. voce Schakung.* Ex quo jam quid defraudatus census sit, obscurum esse nequit, quando nempe bona fraudulosè in censum sunt relata: vulgò, wann gar nicht oder unrichtig verschosset/oder in Verschossung etwas verschwiegen/ quod in *l. 53 ff. de judic.* crimen fraudati census vocatur.

§. 7. Atq; hinc jam talis juris nostri descriptio extrui posset; quod sit confiscatio quaedam statutaria, vi cuius magistratus competens bona civium ob omisam eorum professionem sibi vindicat.

§. 8. Generis loco posui: *Confiscationem* i. e. jus confiscandi, non prout latè accipitur pro omni actu fiscali, quo fiscus bona v. gr. vacantia occupat, eo enim respectu non poena tam est, quam actus quidam superioritatis, sed strictè, quatenus denotat poenam, quâ bona ob delictum fisco applicantur. Et, si jus civile spectes, ad criminales poenas, per *l. f. ff. de furt. l. 9. §. 5 ff. de public.* de jure verò Saxonico item Carolino ad civiles zu den Bürgerlichen Straffen quat. Den peinlichen opponuntur, referenda foret. *Carpz. prax. crim. p. 3. q. 128. §. 30. Almers. man. jur. voc. poena,* quamvis sint, qui ad criminales m. hodiè eam referant, argt. *P. S. D. art. 104. 196. 1* sed minùs, uti Hahnus putat, accuratè. *ad Wesemb. parat. tit. de poen. n. 2.*

§. 9. Eo autem ipso, dum termino confiscationis usi sumus, hoc jus fisci regalibus, quæ minora alias vocant, accensemus. Eò enim poenarum multarumq; compendia referenda esse docet text. *in 2. F. 56. §. l. 5. C. de mod. mult.* Adeoq; si strictè huic inharendum esset, non nisi ei, qui τὸ νόμιον habet, jus confiscationis nostræ attribuendum foret. Verùm cum hodie ex praxi & consuetudine universæ penè Germaniæ ab hoc recessum sit, fructusq; jurisdictionis esse coeperint hæ confiscationes. *Brunnem. ad d. l. 5. Paul. Berens. diss. feudal. 4. §. 64.* iis etiam magistratibus, qui superiorem agnoscunt, modo mero mixtoq; gaudeant imperio, id ad judicare cæteris paribus nulli dubitamus.

add.

add. Mey. ad J. L. p. 1. art. 2. tit. 2. in addit. ad n. 14. Quamvis cautius
distingui putarem inter confiscationis Legibus jam introductæ exerci-
tium, & inter confiscationem noviter introducendam, ita ut illud mi-
noribus etiam & inferioribus magistratibus competat, hoc verò non
item. Atque sic demùm in subordinatis magistratibus veram puto
theoricam illam Dd. quæ dicitur: Confiscationem inesse mero impe-
rio. *Peregr. de J. F. l. 1. tit. 1. n. 57.* Potestas enim noviter introducen-
di confiscationem, non nisi ei, cui summa potestas inest, conceditur.
l. un. C. ne sine juss. princ. Guazz. de confisc. bon. concl. 12. n. 1. Qua
distinctione adhibitâ, facilis etiam est solutio quæstionis? An nempe
cum hoc jus ad majestatem pertineat, ea autem ossibus possidentis, ut
loquuntur, inhæreat, inferiori salva ea concedi queat? Scilicet, ut ut
jura majestatis inseparabiliter cohæreant principi (loquor stylo scholæ,
vocabulo principis pro eo sumto, qui summam in rep. tenet potesta-
tem) nec majestas sine regalibus, nec regalia sine majestate esse que-
ant, exercitium tamen eorum separari & aliis concedi salvâ eâ potest;
neq; tunc regalia amplius sunt, sed in alium planè censum transeunt, &
privilegia potius, quàm regalia dicenda. *Conf. Dn. Ziegler. de Jur.
Maj. exerc. 2. n. 18.* quomodo etiam aliàs regalia (abusivè tamen tunc
ita vocantur) privatis in feudum concedi siveverunt. *Dn. Stryk.
exam. jur. feud. c. 9. quæst. 23. & seq. Dn. Struv. J. Feud. c. 6. §. 13. n. 2.
p. m. 202.*

§. 10. Reliqua in definitione differentiam continent specifi-
cam, quæ nunc secundum causas suas, unde sunt conflata, examina-
bimus.

§. 11. *Causa efficiens est vel remota, vel propinqua.* Remota
est specialis legis dispositio sive illa sit statutum sive alia legis species.
Etenim extra tale speciale statutum (sumo latius vocem statuti) vix est,
ut huic confiscationi locum esse dicamus, uti hætenus rectè *Wesembec.
conf. 363. n. 61. cum Barthol. in l. 14. ff. de public. & vect.* Poena enim
privationis bonorum locum non invenit, nisi jure expresso de ea cau-
tum sit. *Nov. 2. c. 3. §. cum igitur. l. 14. §. 14. ff. de rellig. & sumt. Carpz.
p. 4. c. 4. def. 8. n. 3.* & in oneribus publicis atque eorum causa impo-
sitis poenis statuta strictissime attendenda, ad nauseam usque idente-
dem inculcant Dd. *Klok. de contrib. c. 2. n. 69. cum alleg. Wesem-
bec. cit. l.*

§. 12.

§ 12. Circa justitiam autem hujus statuti duas potissimum exorbitantes deprehendo opiniones, alteram in excessu, in defectu alteram peccantem. Illuc refero, eos, qui id per bonam consequentiam ex Jure Justiniano & communi stabilire conantur. Posteriori accenseo eos, qui non tantum omne LL. civilium fundamentum ei denegant, sed & præterea irrationabilitatis accusant. Cui posteriori sententiæ patrocinantur *Wesembec. cons. 336. per tot. & Klok. discurs. pecul. de contrib. Basilea edito. concl. 67. ubi id ambitiosum & juri contrarium vocat.* Nos utriusque fundamenta paucis examinabimus.

§. 13. Prioris sententiæ patroni provocant ad Tit. *de Vectigal. comm.* ubi poena commisi statuitur in eos, qui merces apud publicanos non indicant, *l. 14. ff. & tot. dict. tit.* quod & hodie etiamnum plurimis in locis observatur. Jam autem Vectigalia cum tributis pari passu ambulare dicunt, nec apparere, cur non idem in fraudato censu sit statuendum, quod in vectigali, quippe materiam seu objectum saltem mutari, idem autem utrobique delictum, eandem rationem, adeoque etiam idem jus esse debere per *l. 12. l. 32. ff. de LL. l. 32. ff. ad L. Aquil. l. 44. ff. sol. matr.* (2.) quod ob tributa non soluta licite res privatis auferantur & vendantur. *l. 1. C. de cap. & distr. pign. l. 13. C. de omni. agr. def. Roland. à Vall. cons. 23. n. 3. & 4.* qui hic confiscationem fieri posse admittit, teste *Brunnem. ad d. l. 1.* idque (3.) ex vi & jure tacitæ, quam fiscus in bonis civium habet, hypothecæ optimè deduci posse putant. *argt. l. 1. C. in quib. caus. pign.* (4.) producant, Rec. Imp. de anno 1544. §. doch sollen: ubi hæc leguntur: *Würde einer oder mehr zu ihrem Vorthail in seiner Anzeig zu wenig anzeigen und versteuren wollen/den oder dieselben sollen ihre Obrigkeit nach Grösse oder Kleinne seines Verschweigens und nach Gestalt derselben unablässig straffen.*

§. 14. Verum his rectè reponitur, & quidem ad (1.) argumentum à Vectigali hac in parte ad tributa in puncto commisi valde infirmum esse, tum quod hæc sint odiosa, quæ interpretationem extensivam non recipiunt per *c. odia 15. de R. l. in. 6.* meliusque sit & tutius in poenis restringere, quàm ampliare *l. 47. ff. de O. & A. l. 42. ff. de pæn.* & quod omne simile ferè sit dissimile, præprimis ubi diversa, ut hic, subest ratio. Ad (2.) quod attinet, planè aliud est tributi nomine
pigno-

pignorare aliud confiscare. In illo est rei persecutio, in hoc poenæ. Ad solam enim oneris quantitatem ea pignoriatio restringitur, & residuum ex venditione sub hasta fiscali facta civi est restituendum. Klok. *de contr. c. 19. n. 246. Brunnem. ad l. 13. C. de omn. agr. desert. n. 6.* sicuti id clariùs apparet ex sententia quadam Electorali Brandenburgica in causa S. P. Q. Neobrand. quàm exhibet *Dn. Stryke dissert. de pignorat.* ibi: *Wo der Schoß auff die bestimmte Zeit nicht erleget wird/ mag sie der Rath darumb pfänden lassen / wo sie den nicht gelöset / so mag der Rath sie verkauffen/ den Schoß davon zu bekommen/ was den an Gelde überbleibet / das soll man dem wiedergeben / des die Pfande geweest seyn.* A diversis igitur mala fit illatio. Neque majoris momenti est, quod ex Rec. Imp. allegabatur, præterquam enim quod locus ille de Collectis Turcicis loquatur, ne gry quidem de poena commissi habet, nec illud inducunt verba unablässig gestrafft werden/cum sint generalia adeoq; generaliter accipienda. *argt. l. 1. §. 1 ff. de leg. præp l. f. C. de dot. promiss. Gothofred. ad d. l. 1.* Nec sequitur, puniendum est delictum, E. poena commissi, cum à genere ad certam & determinatam speciem N. V. C.

§. 15. Contra qui statutum hoc iniquum esse volunt, sequentia potissimum urgent. (1.) quod sit contra LL. civilium dispositionem, quibus (cum primis jure Novellarum & Codicis) nulla confiscatio, nisi fortè in crimine perduellionis seu læsæ majestatis & hæresium admittatur. per *Nov. 134. c. f. l. f. & aub. bona damnat. C. de bon. proscr. aub. Gazaros C. de hæret.* (2.) quod in collectis Turcicis dupli saltem poena dictetur. *Reichs Abs. de anno 1544. §. und damit solche Anlagen / eæ autem sint maximè inter omnes collectas favorabiles. Brunnem. ad l. 6. C. de annon.* (3.) quod tributa censui, qui ex bonis censiticis solvitur, comparentur. *argt. rot. tit. C. sine cens. in iis autem nunquam ob solutionem intermissam, etiamsi vel intra 100. annos solutus non sit canon, rem in commissum cadere. Prout ita colligunt Klok. & Wes. cit. ll. (4.) urget Wesembecius l. c. quod cum plerumq; juramento prævio cives adigantur ad censum argt. l. 2. pr. in f. C. qvand. & quib. quart. eò ipsò omnes aliæ poenæ remissæ censeantur; perjurium enim solum Deum ultorem habere. l. 2. C. ibiq; gl. & Dd. de reb. cred.*

§. 16. Verum enim verò ipsius Klokii agnatus Henricus Klok. *Disp. de jure veltig. §. 87.* rationes has lubrico fundamento inniti di-

B

cit

cit, & verè sanè. Licet enim id fortasse evincere queant, extra speciale statutum poenam commissi non rectè exerceri, id tamen irrationabile esse, ubi exstat, minimè probant. Adductis rationibus Responderi potest, & quidem ad (1.) non omnem bonorum publicationem indifferenter Jure novo esse sublatam, sed in iis saltem casibus, ubi jure veteri aliis poenis veluti morti, deportationi annexa erat. *Mev. ad J. L. p. 1. t. 2. art. 3. n. 20.* sive ut Galli loquuntur, oà *qui confisque le corps, confisque aussi, les biens.* Non ubi per se poenam constituit. Namq; sic in monopolio, *vid. Job. Georg. II. Erledigung der gravaminum de anno 1661. tit von Justitien-Sachen* imò & innumeris aliis casibus hodie poena confiscationis est introducta. Ad (2.) resp. concludere id à majori ad minus, qvalia argumenta ut in jure nostro contra expressos textus, ita & hic contra statuta non procedunt. Præterea ratio diversitatis ea subest, quod collectæ Turcicæ non ita frequenter colligantur (sunt enim onus extraordinarium. *Wurms. Exerc. jur. p. 6. q. 2. Excell. Dn. Schwendend. diss. de collect. §. 8.* quamvis diversum velit. *Ekholt. ad tit. de mun. §. 9. p. 1425.*) atq; census annuus, adeoq; non sine causa major poena statui queat. *arg. l. 16. §. ff. de poen.* Et quicquid tandem sit, ut concederetur esse contra jus commune tale statutum, tantùm tamen abest, ut propterea recipiendum id sit, ut potius licet poenale, vel maximè tamen id retineri ratio svadeat, ne frustra datum videatur. *Theod. Schöpffer de jure brax. p. 1. c. 2. n. 596.* Ad (3.) re-gero, etiam canonem emphyteuticum censui comparari, ita, ut nonnulli inter ea nullam putarint esse differentiam, teste *Carpz. p. 2. C. 39. d. 1.* Et tamen si intra biennium in ecclesiastica, in seculari intra triennium non solutus fuerit canon, rectè Dominus ad privationem agit, *l. 2. C. de jur. empb. Struv. Ex. XI. 72. n. 2.* Multò minus obstat, quòd (4.) perjurium solum Deum habeat ultorem. Neque enim id ita crudè accipiendum, nec id ex *l. 2. C. de reb. cr. ex sculpi potest.* Dicitur enim ibi tantùm non posse deveniri ad poenam L. Jul. Majestatis, nec proditam esse certam & nominatam actionem, uti interpretatur Anton. *Matthai. l. 47. de crim. t. ult.* non vero quasi planè impunitum esse debeat, contrarium enim demonstrant *l. 13. §. 6. ff. de jurejur. l. 41. C. de transact. l. p. pr. C. de dign. l. 2. C. de indict. vid. Nov. 77. c. 1. Serfer. de juram. l. 1. c. 27. n. 13. Ludwel. exerc. 16. §. 4. Carpz. p. 1. q. 46. Jung. Paul. Berens. dissert. acad. disp. 17. §. 1. qv. 8.*

Ac

Ac quicquid ejus demum sit, Jure canonico & Carolino id puniri hodie extra controversiæ aleam est. *N. S. D. art. 107. 108. Habn. ad Wes. ff. de jurejur. n. 12. Brunsem. ad d. l. 2. C.*

§. 17. Centrum me proinde ferire posse putem, si nec extra peculiare statutum huic confiscationi locum esse, neq; tamen absurdè legibus introduci, introductamq; tanquam summa æquitate nixam sustineri dixerim. Maximum enim omninò hic fraudatorum subest delictum, dum sic reip. sua, ut ita loquar, alimenta subtrahunt, & id, quo sine eam conservari impossibile est, juxta *Nov. 161. c. 2.* ei auferunt, ut proinde non immeritò Grotius *de J. B. & P. l. 2. c. 17. §. 16.* hujusmodi fraudatores in eadem cum furibus classe collocet. *Vid. Henr. Locke. disp. de vect. §. 82. lit. b. & gloss. in Sandr. l. 2. art. 27. n. 4.* Ut taceam, nec simplicem hic subesse dolum, sed simul cum perjurio conjunctum, quandoquidem plerumq; hodiè juramento prævio (an rectè, dein videbimus) cives ad fidelem rerum suarum professionem coguntur. *Perez. in Cod. tit. de annon. & trib. n. 39.* Unde cum jure communi expressa certa; non determinata sit pœna, perinde erit, quâ demum pœnâ coercetur, dummodo coercetur, nec in proportione morali in pœnis observandâ peccatum sit. Liberum quippe judici est, in casu non determinatæ pœnæ arbitrariam imponere. *argt. l. 1. §. 1. ff. de effractor. Tabor. analect. ad Barbof. l. 14. c. 41. ax. 4.* Atq; hæc in defraudato censu confiscatio antiquissima est, & hodiè etiamnum in plurimis Germaniæ locis recepta. Obtinuisse enim jam suis temporibus hunc morem testantur *Franciscus Pfeil cons. 191. & 196. Thomas Maullius tr. de homag. tit. 9. de collect. n. 136. Sicbard. in autb. qui semel. C. quom. & quand. jud.* Neq; etiam in Jure Saxonico olim eum inusitatum fuisse, indicio est *glossa ad Weichbildt art. 48.* ubi dicitur: *Und darumb muß ein Jeder man verweisen und verschossen / all sein Ding / woran ers hat bey seinem Eyd / was er dann so beniembt verschosset / das ist sein / hat er drüber icht was verhelet / das beweislich und befindlich ist / das ist der Stadt verfallen.* Imò etiam longè ante Jus Saxonicum in rep. Romana à Servio publicationem bonorum cum pœna corporis afflictiva in fraudato censu impositam esse, testis est *Dionys. Halicarnass. l. 4. antiq. Rom. & Rosin. antiq. Rom. lib. 6. c. 8.* atq; si glossæ credimus, nihil aliud in *l. 4. §. 8. ff. de cens.* per vincula censualia, quibus fraudatores sensuum teneri ibi dicuntur, quam hæc confiscatio intelligitur.

Conf. Ziegler. Ex. 2. de jur. collect. §. 33. Mev. ad Jus Lub. p. 2. tit. 3. art. 3. n. 42. Richter. Velitat. Academ. 24. n. 5. Növenstrunck im rechtl. Bes Dencken von Anlagen. n. 360. p. m. 82. Tholosan. de rep. l. 3. c. 4. n. 12.

§. 18. Cum autem statuto quoad effectum æquipolleet longâ annorum serie introducta consuetudo. l. 32. ff. de LL. §. ex non scripto. Inst. de J. N. G. & C. huic autem certo modo præscriptio, quin & his modis confiscatio nostra constitui possit, indubium est, in tantum, ut & inferior magistratus sibi hoc pacto jus tale acquirere valeat. Præscriptionem n. & consuetudinem eandem cum privilegio expressè à principe concessio habere vim tralatitium est. Tabor. analect. ad Barbof. l. 3. c. 59. ax. 15. Paul. Berens. disp. feud. 4. §. 8. Ziegler. de Jure vectigal. §. 9. Licet n. jura & res fisci præscribi nequeant §. 4. Inst. de usuc. l. 18. l. 2. 4. ff. eod. id tamen ad præscriptionem, quam hic requiro, immemoriam non pertinet, quippe quæ res alioquæ impræscriptibiles acquiri valent. Schüz. comp. jur. ad d. t. p. m. 449. Philipp. usupract. l. 2. ecl. 32. n. 8. Habn. ad Wes. ff. de usurp. n. 7. p. m. 515. Solam a. hanc præscriptionis speciem hujus loci esse, neq; aliam sufficere ad regalia & confiscationes acquirendas docet c. super quibusdam 36. §. prætere a. X. de V. S. Reichs Absch. de anno 1548. §. wann auch ein Außgezogener. & §. wo aber innerhalb Menschen Gedencfen. Brunnem. ad l. 10. C. de vectig. commiss. Carpz. p. 2. C. 3. def. 24.

§. 19. Cum autem maxima plerumqve difficultas & lis existat, circa probationem hujus præscriptionis solaqve judicis assertio de ea nihil probet, Carpzov. p. 2. C. 3. def. 22. n. 2. sciendum est, probari eam posse, tum per instrumenta v. gr. ex archivis publicis, tum m. per testes licet sint subditi. argt. l. 7. §. 1. ff. quod cuius nom. Ludwel. Ex. 4. §. 2. tit. d. Brunnemann. ad l. 10. C. de test. modò sint (1.) senes. Struv. Ex. II. §. 21. (2.) deponant ita communem semper fuisse famam, nec (3.) memoriam vel actum extare in contrarium. argt. l. 28. ff. de prob. l. 79. §. 1. ff. de leg. 3. Gail. 2. c. 66. n. 8. Carpzov. p. 1. c. 16. def. 7. 4. n. 16. Scientia v. & patientia superioris item titulus, ut probentur, necessarium haud est, cum ea omnia ex tanti temporis lapsu præsumantur. Berens. disp. feud. 4. §. 9. quæ præsumtio juris & de jure est, atq; omnem in contrarium probationem, excludit. Mynsing. cent. 1. Obs. 30.

§. 20. Sed utrum hoc casu inferior privativè, an v. cumulativè confiscationis hujus jus acquisivisse censendus? Et prius omninò verius est quoad exercitium tum *argt. l. 7. ff. de div. temp. p̄scr.* tum quod privilegio (cujus vim præscriptionem & temporis immemorialis cursum habere §. 18. diximus) concessi actus jurisdictionis in dubio privativè concessi intelligantur. *Dn. Stryk. Exam. jur. feud. c. 8. qv. 26.* Neq; superior inferiorem in exercitio hujus confiscationis sic præscriptæ impedire poterit, dummodò inferior terminos legitimos non transiluerit; Est enim juris hujus exercitium in inferiorem per præscriptionem plenè translatum, adeoq; illud ipsi sine causa auferri nequit. *argt. §. f. Inst. de his qui sui l. alien. jur. & c. un. 1. Feud. 7.* Quamquam jus præscriptione hoc modo magistratibus inferioribus acquisitum formam regalium habere non dixerim, sed alius cujusdam juris, quod in privatos & subditos etiam cadere potest, exceptâ tamen & salvâ semper superioritate principis. Atq; adeò totum hunc paragraphum de exercitio hujus juris fiscalis intellectum velim, non de ipso jure regali; sicut n. ususfructus alteri cedi non potest, §. 3. *Inst. de usufr. l. 66. ff. de jur. tot.* ita nec illud privato, licet commoditas & exercitium utriusq; alteri concedi valeat. *l. 12. §. 2. l. 38. ff. de usufr. Ziegler. de jur. vectig. th. 10. & de jurib. majest. disput. 2. th. 18.*

§. 21. Inter modos constituendi hoc jus haud absurdè etiam numerarim *pactum*, ita, ut & ex conventionione civium & magistratus inter se in casu non soluti census bona subtracta publicentur. Uti n. Universitas ex pacto civibus imponere collectam potest, ita, ut qui consenserunt, ad id servandum omnino cogi queant. *Klok. dissert. de contrib. supr. cit. §. 12.* sic etiam conventionione civium introduci potest, ut ob delicta bona delinquentis magistratui cedant. *argt. l. 21. C. mand. Cum & alias inter privatos concessum sit, ut quis se sub poena amissionis bonorum ad aliquid obstringere queat. §. un. Inst. de V. O. l. 54. §. 1. ff. loc. Mev. ad I. L. p. 1. tit. 2. art. 3. ad n. 28.*

§. 22. Explicatâ sic causâ efficiente remotâ, ad *proximam*, sive ut alias loqui amant, *subjectum activum* nunc progredior. Est a. hîc illud magistratus jus fisci ac potestatem leges ferendi habens. Tria ergò, ut magistratus hoc jus exercere queat, requirò (1.) ut fiscum habeat. (2.) jure statuendi aliquid præter jus commune polleat. (3.) competens sit. Hinc, quòd imperator cum consensu Statuum in Im-

perio hoc jus introducere queat, indubium est, cum in eo omnia hæc requisita concurrant. Neq; m. plus dubii habet in statibus immediatis aut civitatibus imperii, cum & iis jure superioritatis territorialis tum jus fisci. *Myler. ab Ehrenbach de princip. & stat. imp. p. 2. cap. 86. p. 604.* tum m. potestas contra jura communia leges ferendi competat. *Ord. Camer. p. 1 tit. 13. §. 1. tit. 57. in pr. Mev. add. L. quest. pralim. 1. n. 38* & valeat de iis vulgatum illud: tantum quemq; eorum posse in territorio, quantum imperator in imperio. *Rnipshildt. de priv. civ. imp. l. 5. c. 15. n. 1. & sq.*

§. 23. De civitatibus municipalibus, major est, difficultas, An & illis tale jus confiscandi competere queat? Et si eorum hypothesin amplectamur, qui iis jus fisci planè denegant, quorum primicerius est *Coibman. conf. 55 vol. 2.* negandum esset quæsitum. Juridice quippe loquendo contradictoria quodammodo sunt, habere jus confiscandi, & fisco carere. Verùm cum rationes, quibus civitates municipales à jure fisci exclusum eunt, potissimum ex Legibus Romanis, ubi privatorum loco erant. *l. 16. ff. de V. S. l. 81. ff. de furt. Vid. Corvin. in comment. ad d. l. de V. S. lit. d.* desumantur, ex iis a. ad ea, quæ ad Statum publicum hodiernum pertinent mala fiat illatio. *Mev. ad 7. l. ub. qu. pral. un. 2. n. 52. 53. & quest. 8. n. 16.* (neq; n. hodiernum nostrum Imperium idem esse cum antiquo illo Romano fusè demonstrat *Dn. Conring. tr. de finib. imp. c. 1. Sagittar. nucl. hist. Germ. §. 1.*) id ita absolute vel denegari vel asseri nequit. Sunt n. civitates municipales trium hodiè potissimum generum. Aliæ planè omni jurisdictione carentes per præfectum principis reguntur, & has subjectum confiscationis nostræ constituere non posse facile ex §. *super.* patet. Aliæ verò liberiores, sunt, meroq; & mixto gaudent imperio, ita tamen ut superioris Imperium agnoscere teneantur. *Generos. Dn. à Seckendorff im Deutschen Fürsten-Staat. p. 1. c. 4. §. 3. n. 4.* Et hæc confiscationem hanc licite exercent, cum mero mixtoq; gaudeant imperio, cui confiscationem inesse volunt. *Ekkolt. ad tit. ff. de Jur. Fisc. §. 3.* Non quidem vi jurisdicti. aut imperii, sed concessionis specialis, aut expressæ aut tacitæ, secundum locorum consuetudines, de quibus in foro Saxon. receptis testatur *Coler. p. 1. Decis 72. n. 3. Georg. Schulze in synops. instit. l. 3. tit. de success. fisc. lit. C.* secundum quas merum imperium sive altam jurisdictionem habentes bona fisco debita ex quibusdam causis

ac

acquirunt, quamvis propterea, nec in foro Saxonico, nec alibi plenum jus fisci illis competat. B. Lauterbach *Disp. de jure fisc. cap. 2. tit. 6.* Aliæ deniq; ex parte superiores respiciunt, in reliquis liberæ sunt, quas vulgò *mixtas* vocant, & interdum adeò pinguib; privilegiis mactatæ sunt, ut civitatibus imperii immediatis non cedant. *Dn. Stryke disp. de statib. provincial. c. 2. n. 67. & sq. ubi his posterioribus inter alias etiam Hildesiam patriam meam dilectissimam accesset.* Et in his aliud obtinere putem, & in dubio his jus confiscationis nostræ tam noviter introducendæ, sine superioris concessione aut confirmatione. *Dn. Struv. S. J. C. ex. 2. 42.* quàm jam introductæ exercitium concedendum esse dixerim, nisi aliter expressè actum aut pactum sit, tunc n. exinde lis est dirimenda. *Conf. Theodor. Reinking. de Regim. sec. & eccles. l. 1. class. 4. cap. 20. § 5. Gail. 2. obs. 54. n. 10.* Hæ n. civitates in certis tantummodò casibus superiores agnoscentes in cæteris præsumuntur liberæ. *Gail. d. l.* unde nec simpliciter *Land- Fürsten* aut *Erbstädte* sed certo respectu ab aliis *Freye Städte* vocantur. *Alwers. manual. juris. voce civitas §. 6 p. m. 78. Webner. Obs. pract. voce Freye Reichs- Städte. p. m. 132. 133.*

§. 24. Ad exercitium autem hujus confiscationis vel maximè requiritur, ut magistratus sit competens. Incompetenti n. judici impunè non paretur. *l. ff. de juris d. l. 1. pr. ff. de feriis & sententia pœnalis ab eo lata est ipso jure nulla. Brunnem. ad l. 2. C. de pœn.* ut ne quidem appellatione op9 sit. *l. 2. C. qv and. prov. nov. est necess. l. 1. § 1. ff. qvæ sent. sin. appel. resc.* Competentia v. in præsentî materia æstimanda non ex foro rei sitæ, sed ex personâ delinquentis, nisi fortè concurrunt; Res n. hic saltem per consequentiam in iudicium veniunt. Ut adeò iudex rei sitæ, cui tamen persona non paret, licet fortè certò sciat bona in loco domicilii non indicata, ea tamen tanquam commissa sibi vindicare nequeat, nec, nisi à iudice personæ imploratus in ea executionem facere queat. *argt. l. 25. §. 8. ff. de edil. ed. l. 1. §. 9. ff. de nov. op. nunc.* Quæritur autem, quid dicendum, si quis diversis in locis sit civis (quod certis casibus licitum quidem. *argt. l. 5. l. 6. S. p. l. 27. ff. ad munic. Liebenthal. Colleg. polit. disp. 5. qv. 6.* utile tamen nec civitati nec civi semper est) & utrobiq; idem vigeat statutum, in quod falsâ professione commiserit civis, uter sit præferendus? & num alter magistratus ab altero divisionem pro rata (præsuppono n. talem casum, ubi quis omnia bona sub unius jurisd. sita ha-

habet, petere efficaciter queat? In cuius decisione, si quidem uterq; eandem quantitatem præterdat, iudicem rei sitæ præferrem; Solidum n. utriq; debetur, in pari autem causa melior est possidentis conditio. *l. 128. ff. de R. J. l. 9. ff. de public. in rem. ad l. 15. C. de R. V.* qui hic est, iudex rei sitæ, & præterea in eo duplex est competentia, ratione nempe rei & personæ, cum alteri persona tantum subjecta sit. Nec obstat, quod in pœnalibus fiscus nulli præferatur. *l. 11. d. 17. ff. de Jur. fisc. l. un. C. pœn. fisc. cred. pref.* id n. limitationem recipit, ubi fiscus cum alio concurrat, qui itidem pœnam petens de lucro certat, uti notant *Brunnem. ad. d. l. un. C. n. 8. & Perez. n. 7.*

§. 25. Causam efficientem in ordine excipit *Impulsiva* quæ magistratum ad tale jus introducendum movet. Est autem ea subditorum delictum in fraudato falsâ & dolosâ professione censu commissum. Ubi dubium est, an rectè magistratus juramento prævio subditos ad professionem hanc adigere queat? Sunt n. qui id invidiosum & periculosum esse dicant, *add. §. 4. supr.* adeoq; ad evitanda perjuria id omittendum svadeant. *Consil. Jctor. Marpurgens. quod exstat apud Rôvenstr. de contrib. n. 482. Mevius ad J. Lub. p. 2. art. 3. tit. 3. n. 22.* Verum optandum quidem esset, ut quisq; ingenuè absq; juramenti vinculo bona fideliter indicaret; sed cum tanta sit quorundam perversitas, ut celare res suas malint, quàm egenti reip. subvenire, iniquum sanè non videtur, ut jurata exigatur professio. Neq; n. aliter hîc expediri res potest, cum, quod conscientia cuiusq; committitur, omnem fidem humanam superet. *Dn. Ziegler. disp. de jure coll. §. 28.* Neq; solus perjurii metus juramento obstare potest, cum sic nullum juramentum esset admittendum, dum ubiq; hoc periculum sese sistit. Quòd cum egregiè explicet Responsum Jctorum Helmstadiens. à Hahnio *ad tit. de cens. n. 4.* propositum, non pigror illud hic ascribere: P.P. Daß der End wodurch das Vermögen der collectirenden Personen eröffnet wird / so wohl in jure civili als canonico gegründet / dero wegen eine weltliche Obrigkeit ihre Unterthanen bey profitirung ihrer Güter mit solchem End zu belegen wohl befugt / und sich dessen sine læsione conscientia gebrauchen kan / &c. ubi etiam objectionem resolvunt, & cautelas quasdam subjiciunt. Quale præjudicium etiam exhibet *Carpz. l. 4. resp. 74. Conf. Dn. Ziegl. all. loc. Dn. Schwendend. disp. de collect. §. 13.*

§. 26. Ut autem quis censum fraudasse, dici queat, ante omnia, ut dolus subfuerit, requiritur, *arg. l. 8. ff. de public. & vect. l. 53. pr. ff. de furt. §. 1. Inst. de obl. qua ex del.* planè ut in vectigali defraudato ad effectum commissi requiritur. *N. U. de anno 1530. §. wiewohl auch die fürsezlich und muthwillig verfahren. Roland. de commissar. p. 4. l. 2. c. 5. n. 45. & sq.* Atq; hinc ignorantem & in probabili errore versantem ab hac poena, modo ignorantiam vel errorem (sumuntur n. communiter pro iisdem, licet forte in rigore aliud sit error, aliud ignorantia, cum ille aliquo modo positivè, hæc v. planè privativè se habeat. *Hahn. ad Wes. tit. de jur. & fact. ign. n. 1.*) probare satis potuerit, excusari putem, non quidem in totum, sed in tantum, ut arbitrariam poenam luat. *arg. l. f. §. 9. & 10. ff. de public. & vect.* Siquidem facillimè id contingere potest, ut quis non adeò exactè nôrit facultates suas, *arg. §. 3. Inst. qui & ex quib. caus. man. §. 11. Inst. de leg. ubi, licet quidem crassa subfit ignorantia, in facto proprio l. 7. ff. ad Sc. Vell. l. 6. ff. de Jur. & fact. ign.* adeoq; dolo æquiparanda *l. 226. ff. de V. S.* cum cuiusvis hominum propria bona ignota esse non soleant. *Dn. Schwendend. d. disp. de coll. §. 13.* iniquum tamen est, ignorantem cum dolosè fraudante æqualem dare poenam. *arg. l. 7. §. 3. ff. de trib. act. l. 53. ff. de furt. juri n. id nostro inconveniens est, quod in interpretatione doli remissius nos versari vult, juxt. l. 61. §. 6. ff. de furt. neq; latam culpam in poenalibus dolo æquiparari à judice svadet. Cujac. ad d. l. Uti tamen circa irrogandam propter latam culpam infamiam communiter distinguunt Dd, an lex ipsa eam æqualiter cum dolo exsertim puniat, nec ne. Hahn. ad Wes. ff. de his qui not. inf. n. 3. sic & hæc, quæ dicta sunt, intelligenda, ut, ubi lex expressè poenam commissi ad latam culpam extendit, ibi nec ignorantia talis ab ea excuset *arg. l. 1. §. 3. ff. si is qui test. lib. Conf. omnino Dn. Struvium S. I. C. Ex. XIX. §. 22. n. 2.**

§. 27. Neq; v. tantum crimen hoc committitur, si quis, uti loquuntur Imperatores in *l. 2. C. de censib.* ad declinandam fidem censuum in totum callidæ paupertatis ingenium mentiatur, sed & si quis partem bonorum subliceat; Paria n. sunt vel totum non, vel non rectè & imperfectè fieri. *l. 6. ff. de his qui satisd. l. 1. §. 4. ff. de edend. l. 5. C. de LL. l. 25. ff. de pign. l. 2. ff. de autor. tut.* Uti n. creditor alias particularem solutionem non tenetur admittere. *l. 41. §. 1. ff. de usur. argt. l. 3. ff. fam. ercisc. junct. l. 99. ff. de solut. Gotbofr. ad l. 20. ff. de reb. cred.*

G

Be

Berens. disputat. ad instiut. 12 §. f. qv. 8. ita nec ad id magistratus hoc in loco poterit cogi. Nec obstat, quod, in emphyteusi quoad privationem tam totalem, quam partialem solutio particularis excuset, & si pars canonis in residuo sit, emphyteusis tamen non amittatur, prout contra *Berlich. p. 2. concl. 46. n. 18. p. m. 2034.* sentit rectè *Brunneman. ad l. 2. C. de jur. empht. n. 5.* eò quod & particularis solutio etiam fit solutio. *Philipp. usupr. instit. l. 3. ecl. 75. n. 8.* Alia n. planè ibi subest ratio: siquidem ibi canon saltem in recognitionem domini datur, §. 3. *Inst. de loc.* quæ etiam adest in partiali solutione. In censu autem nostro solutio fit in proportionem ad res, non propter recognitionem solum superioritatis; talibus a. casibus partem quis non rectè solvit. *arg. l. 3. l. locat. ibiq; Gothofr. atq; insuper, ut solidum quis solvat & profiteatur, ex dispositione legis censualis sub poena requiritur, ubi non excusat partialis solutio. l. 85. §. 6. ff. de V. O. Philipp. d. l. n. 10.*

§. 28. Partialis autem solutio dupliciter contingit, Vel (1.) ratione rei ipsius, ut si quis quædam bona planè non profiteatur, præprijis, ubi nominata bonorum specificatio facienda, vel (2.) ratione æstimationis, ut si quis quidem rem profiteatur & indicet, sed in fraudem census minoris æstimet. Cum n. æstimatio hæc ipsorum subditorum religioni committi soleat. *l. 4. inf. pr. ff. de cens. Rec. Imp. Zu Speyer de anno 1544. §.* damit auch ibi: *Daß ein Jeder sein selbst Vermögen getreulich und ohn alle falsch und Gefahr schätze / sæpius deprehensi sunt, qui minoris res suas æstimârint, ut eò ming magistratui de iis solvendum esset, quibus fraudibus coërcendis placet nonnullis remediū, quo statuto caveatur, ut, quo pretio quis rem in fraudem fisci minoris æstimârint, eam reip. relinquere & vendere teneatur, daß die Obrigkeit das Vermögen umb so hoch es geschätzt wird / an sich zu lösen befugt sey. Klok. de contrib. c. 19. n. 86. Thom. Maullius tr. de homagio c. 9. n. 106.* Quo medio etiam nonnullas civitates, ubi in censu emigrationis minus indicatum est, uti, testatur *Paul. Matib. Wehn. Obs. pr. voce Nachschuß / Nachsteuer.* Idq; m. apud Athenienses non incognitum fuisse probat *Bodin. de rep. l. 6. c. 1.* Quamvis reapse hoc nihil aliud sit, quam ipsa commissi poena, sed alio nomine incrustata.

§. 29. Cum autem dolus ad effectum commissi quàm maxime requiratur, uti supra §. 26. jam diximus, is à magistratu quoq; erit pro-

probandus. Licet n. alioqvi pro magistratu militet præsumtio juris, ejusq; actus ob autoritatem ejusdem à fraude & læsione præsumantur immunes. *l. 3. §. 1. ff. quod met. caus. l. 33. ff. de injur. l. 2. §. 20. ff. de public. l. 18. ff. jud. solv. l. 29. §. 7. in f. ff. ad L. Aquil. Carp. p. 1. C. 12. def. 25. n. 3.* & magistratui in iis, quæ circa officium facit credi debeat. *l. 4. C. de re jud. c. post cessionem. X. de probat. Maranta de ordin. judic. 2. p. 6. in pr. t. 9. n. 21.* quoniam tñ. tunc demum pro judice ejusq; processu jura præsumunt, ubi ordine juris servato aliquid decernit. *Gail. 2. O. 76. per tot.* probare omninò eum debere apparet. Ordo n. juris postulat, ut actor, qui hic est magistratus fisci nomine, aut huc constitutus fiscalis, probet. *l. 2. l. 21. ff. de prob. l. 4. C. de edend.* Dolus n. non præsumitur *l. 51. ff. pro soc.* sed ab allegante probari debet *l. 6. C. de dol. mal. l. 6. ff. de probat.* In tantum, ut *Guazzinus* dicat, nec ipsi principi credendum esse asserenti, sed non probanti crimen subditorum *tr. de confisc. bon. concl. 83. n. 5. & concl. 15. n. 20.* Est enim hæc certè causa gravissima ubi de bonis auferendis agitur, in qua ordinariæ omninò requiruntur probationes. *Alciat. pres. reg. 3. pres. 80.*

§. 30. Cum autem dolus in animo resideat, adeoq; difficillimæ sit probationis. *Menoch. de presump. l. 1. qu. 58. n. 10. Farinac. prax. crim. qu. 59. n. 26.* sufficiet pro magistratu, si probabiles adsint conjecturæ, quæ dolum adfuisse arguant. *Paul. de castro in l. dolum. 6. C. de dolo.* Quod quidem mirum videri poterat, sed tamen contra juris analogiam haut est. Ad probandum n. dolum jus nostrum conjecturas & probabiles præsumptiones admittit. *l. 6. C. de dol. l. 5. §. 6. ff. de remil. l. 41. ff. ad L. Fal. l. 44. ff. mand. l. 5. §. 3. ff. de auth. tut. l. f. ff. de R. N. l. 22. C. ad L. Corn. de fals.* imò ex istiusmodi præsumtionibus condemnari aliquem posse etiam in criminalibus, ubi actio non tendit ad pœnam corporis afflictivam, communis Dd. opinio est, licet alias *juxta l. f. C. de probat.* ibi clarissimæ ac luculentissimæ requirantur probationes. *Brunnem. ad d. l. 6. C. de dol. & l. f. C. de prob. I. O. Tabor. anal. ad Barbos. l. 14. c. 68. n. 17. Ekkolt. ad tit. de probat. §. 1. p. m. 568. Mev. ad J. L. p. 2. l. 2. art. 5. n. 5. Carpzov. prax. crim. p. 3. qu. 116. num. 51. & seqq. Wissemb. ad tit. de pœn. §. 22.*

§. 31. Resultant vero istiusmodi præsumptiones in hac materia, si v. gr. catastum publicum testetur, aliquem præteritis annis tot vel tot census nomine pendisse, & postea plus in bonis deprehendatur quàm

cui fortè soluta pensio respondeat. Item, si officiales vel alii integræ famæ ac fidei homines jurato, (nam omnem denunciatores hic juratum esse vult *Angelus in l. f. C. de bonis vacantibus*) afferant aliquem non satis fideliter bona in censum retulisse, quicquid *Wesembecius loc. sup. cit.* contradicat: Sic n. & in vestigali defraudato publicano denunciante fidem habendam, eumq; pro fisco probare dicunt, *Bertachin. de gabell. p. 9. n. 28. Bald. in l. 7. C. de fustibus. ff. de his qui not. inf.* Officiali quippe jurato creditur in iis, quæ officii ejus sunt. *l. 5. §. 13. ff. de reb. cor. l. 10. §. 1. ff. de edend. l. f. C. de ponderat.* cum in eo non præsumatur animus calumniandi, dum non lucri causa defert, sed amore reip. *Brunneman. ad l. 4. C. de de delat. n. 3. Perez. 16. n. 8. inf.* & præterea juramento omnis sinistra suspicio purgetur. *Schneidwin. & Gomez. ad §. 11. Inst. de act.*

§. 32. Atq; sic talibus indiciis probatis magistratus onus probandi vel dolum à se removendi in adversarium devolvit, qui vel bona ista, quæ exstant & censum exsolutum in proportione superant, noviter accessisse (quod fieri posset, si v. gr. ex societate de improvviso aliquod lucrum, vel hæreditas legatum aut donatio quædam ob venerit) luculenter probare, vel si id non possit & fortè alias bonæ fidei ac frugis homo fuerit, juramento purgatorio conscientiam exonerare tenetur, nisi velit pro confesso & convicto haberi. *c. inter sollicit. in f. c. cum delictis X. de purgat. argt. l. 38. ff. de jurej. 1. Feud. 23. in f. Tabor. incem. 4. p. 160. §. 33. uti è contra eò præstito absolvitur. c. 10. X. de purgat. l. 2. ff. de jurejurando §. 11. Institut. de actionibus.* Quod si verò reus non usq; adeò probatæ vitæ fuerit, ad spiritualem hanc juramenti purgatorii torturam (uti id vocat *Hahn. ad Wesemb. ff. de jurejur. n. 10. p. m. 490.*) non statim accedendum est; sed alia via res tendenda. Quem n. quis probabiliter pejeraturum scit, eidem si deferat juramentum, homicidam vocare non dubitat Jus canonicum in *c. illi qui hominem 5. caus. 22. qu. 5. Brunnem. ad l. 1. C. de reb. cred.* tutiusq; ac melius hoc casu ager Magistratus, si ab istiusmodi hominibus bonorum specificationem & inventarium postulet, libros item domesticos & diaria, quibus quis vires patrimonii consignatas habet, sibi edi imperet, aut ipse bona rei in inventarium per officiales v. gr. actuarium redigat. Vid. *Dn. Stryk Dissert. de facto judic. de facto. c. 5. n. 110.* Quamquam non prohibeatur iudex, etiam ubi aliàs non suspectus fuerit reus, speci-

cificationem juratam postulare. Hanc n. hisce casibus omninò locum habere cum *Frid. Merio tr. de specif. jur. c. 4. §. 8.* puto, cum si hoc fisco denegetur, vix aliud æquè commodum suppetat remedium suam intentionem contra subditos deducendi. Nec obstat, quòd actor reo, non reus actori instrumenta & probationes suppeditare, *l. f. C. de edend.* & actor paratus ad iudicium accedere debeat. *l. 4. C. cod. l. 9. ff. de prob. l. 9. ff. de except. l. 42. in f. ff. de R. I.* durumq; sit reum cogi, ut adversario gladium porrigat, quò ipse juguletur *l. 7. C. de test. Brunne- man. ad d. l. f. C. de edend. Bronkhorst. Ένατιο Φανών cent. 2. assert. 94. p. w. 382.* Id n. manifestam exceptionem patitur, ubi fiscus actor est in causis pecuniariis *propt. l. 2. §. 2. ff. de jur. fisc. l. 3. ff. de edend. Bus. ad l. 3. ff. de edend. Ekb. ibid. §. 13. Wissebach, ad π. disp. 7. §. 21.* qui singulari hoc privilegio gaudet, ut de domo rei probationes fumere queat. *Hahn. ad Wes. d. t. n. 12. p. m. 225.* Ac præterea quoq; hinc intentio fisci jam ex dictis conjecturis fundata est, pro fundata autem petitione adjuvanda rectè à reo petuntur instrumenta. *Carpz. 3. Resp. Elect. 78. n. 20. Alciat. in. l. ult. C. de edend.* Unde & sic in causa patriæ meæ responderunt Jcti Ingolstadienses, P. P. *Das wiederholte N. N. mehr gedachten Bürgermeister und Rath der Stadt Hildesheim die begehrte Specification der ganzen Verlassenschaft / wie sie dieselbe befunden / nichts davon außgenommen / quoad mobilia & immobilia nec non jura & nomina vermittelst leiblichen Eyds des prætendirten Schoffes halber außzuhändigen schuldig seyn.*

§. 33. Mentio §. præcedenti injecta est de libris & catastris publicis unde dubitari posset, an & isti libri intentionem magistratus plenè, an v. semiplenè tantum probent? Sunt n. qui plenam iis fidem in negotio magistratus cum subditis denegant, quod (1.) scriptura pro scribente non probet. *l. 5. 6. C. de probat.* (2.) quod sic magistratus testis esset in propria causa, quod jura detestantur. *l. 10. ff. de testib. l. 10. C. cod. Add. Carpz. p. 1. C. 16. def. 25. & l. 1. Resp. 61. Brunne- man. ad l. 7. C. de probat. & in processu civili. c. 19. n. 1. p. 175. Wesembec. pa- ratitl. ad ff. de fide instrum. n. 6.* Sed id fortassè de iis libris intelligi posset, qui sine die & consule, sine debita solennitate confecti sunt, quò m. tacitè respicere videtur *Dn. Brunnem. ad d. l. 7. C. de prob. ubi conque- ritur, vultis in locis nullum in hisce libris reperiri ordinem, nec utrumq; uti loquitur, paginam continere, sed imperfectos plerumq; & vitiosos esse.*

Unde si illi libri ab officiali aliquo jurato conscripti, & debita solennitate confecti ex archivo publico producantur, quin plenè probent, nullus dubito. (1.) quod officialis jurati scripturæ & testimonio, in iis quæ circa officium ejus sunt credi debeat. *arg. l. 9. §. 2. l. 10. §. 1. ff. de edend. ubi nummulariorum rationes maximam probationem continere dicuntur. Gail. 1. Obs. 54. n. 5. Brunne-man. ad l. 5. C. de exact. Tribut.* (2.) quod nulla subsit suspicio fraudis, cum nullum omninò commodum vel incommodum officiali inde obvenire possit, etsi n. vel 1000. florenos pluris vel minoris ascriberet, ne teruncius quidem ad eum inde perveniret. Unde credibile planè non est, eum neglecta fide sacramenti & curâ æternæ salutis in gratiam magistratus, à quò vix gratiam ejus expectare poterit, aliquid falsò ascripturum, (3.) quod alioqui privatæ scripturæ mercatorum tantùm tribuatur, ut cæteris paribus si juramento confirmati sint, eorum libri plenè pro ipsis probent. *Mev. part. 4. dec. 121. Brunne-man. ad l. 5. C. de probat.* quidni multò magis id in libris publicis obtineat, à persona publica conscriptis, ubi multò minor fraudis suspicio. *add. Passer. de scriptur. priv. l. 4. c. 2. tit. de libr. mt. publ.* (4.) quod juramentum deniq; omnem præsumptionem doli & fraudis tollat. *Jeremias Setser. de juram. l. 1. c. 25. n. 133. p. m. 178. Nec obstat. l. 5. §. 6. C. de probat.* loquitur n. de scriptura privata, *Ekholt. ad tit. de fid. instrum. §. 7. p. m. 575.* qualis hæc non est, sed potius publica. *Franzk. de laudemis cap. 4. n. 32. p. m. 27.* Multò minus obstat. *l. 10. ff. §. C. de test.* nec n. hic magistratus de se testatur, sed producit testimonium officialis sui juramento (quod ut ad singulas exactiones in speciè præstetur, uti nonnulli volunt ex *R. Absch. de anno 1541. Damit nun dieser & 1544. §. Damit nun diesem gemäß/ non requiritur, sed generaliter præstasse sufficit) confirmatum. Hodie sanè istiusmodi libri plenè probant. Klok. de contr. c. 20. n. 365. Struv. Ex. XXIX, 28. Webner. obs. præct. lit. B. voce Stadt-Zins- oder Saalbücher. Atq; sic m. consuetudine induci posse, dicit. *Carpz. p. 1. c. 16. def. 25. n. 4. Conf. Myler. ab Ehrenbach. p. 2. cap. 47. de jure archivi. p. 429. §. sqq.* Adeò ut etiam copia de iis eandem fidem mereatur. *arg. c. f. de fid. instrum. l. 37. §. 5. ff. de leg. 3. l. 45. §. 6. ff. de Jure fisci. Nicol. de passerib. de scriptur. priv. l. 5. c. 2. c. 27. §. 28. Ru-land. de commissar. §. c. 10. n. 3.**

§. 34. Videndum nunc quoque; de *Objecto* confiscationis nostræ quod constituunt, ipsa bona in commissum cadentia, de quibus melioris methodi ergo hanc generalem formo regulam; De quibus bonis census solvendus est, ea si subtrahantur, confiscanti magistratui cedunt: Quam juxta nunc potissimas bonorum species examinabimus, quatenus sub materiæ nostræ disquisitionem cadunt. Pertinent ergo huc tam corporalia quam incorporalia, *arg. l. 7. §. 2. ff. de usuf.* sive mobilia sive immobilia, sive titulo oneroso sive lucrativo acquisita, quippe de quibus omnibus census solvendus est. *Aubæus in suppl. m. ad Wehner. Obs. præf. voce Schatzung/* dummodo talem confiscationem recipere apta sint; Nec enim omnia quæ censui subjicienda, eò non solutò statim in commissum cadere queunt. Quædam enim bona vel ob favorem personæ, vel ob naturam objecti talem confiscationem respuunt.

§. 35. Priori modo excluduntur (1.) bona pupillaria: Licet enim de iis census omnino solvendus sit, *l. 7. §. 5. C. de mun. pat. l. 2. §. qui patrim. ff. de vacat. mun. l. 6. §. 4. ff. de mun. §. hon. tutorq; ad id ratione officii teneatur. arg. l. 27. ff. de adm. tut. l. 56. §. p. ff. de furt. Mandan. de mandat. l. 2. c. 45. n. 16.* eò tamen in publicum à tutore non delatò, bona pupilli committi nequeunt: Tum quod dolus tutoris pupillo nocere nequeat *l. 198. l. 155. l. 74. ff. de R. I. l. 8. §. 1. ff. de public. adeò, ut si fortè bona tutoris ob delictum publicentur, pupillus tamen salvus habeat actiones adversus fiscum, quibus sua repetere possit. l. 5. C. de bon. proscr. ibiq; Brunnem.* tum quod satis hac in re prospectum etiam sit pupillis, ut vix tutor bona pupilli subtrahere possit, dum non tantum inventarium bonorum sub pœna infamiæ conficere tenetur, *l. 2. §. 1. C. arbitr. tut. l. 24. C. de adm. tut. l. 7. pr. ff. eod.* sed magis plerumq; hodie singulis annis magis ante finitam tutelam (quod secus est jure civili. *l. 4. §. 3. ff. de tut. §. mt. l. 14. C. de adm. tut. Ludw. Ex. 14 5 6. lit. 6.* Non obstat. *l. 26. ff. de adm. tut. l. 1. §. 3. ff. de eo qui pro tut.* Vid. *Hahn. ad Wes. de tut. §. mt. n. 7.*) rationes reddere teneantur, quò magis respicere videtur Ampliss. Patriæ meæ Senatus. *in der Gerichts- Ordnung lit. N. verb. auch ihre unter sich habenden Güter inventaria und Verzeichnisse vorzeigen/ &c.*

§. 36. Excipiuntur (2.) eandem ob rationem etiam bona uxoris dotalia; Quamvis enim & de his maritus censum solvere teneatur *l. 13. ff. de impens. in res dot. fact.* cum earum durante matrimo-

monio dominus verè (quicquid contradicat *Feltn. tr. de jure in re. c. 12. n. 24.* cui eruditè, ut solet, satisfacit *Excell. Dn. Schwendend. ad Ekbolt. de rer. div. §. 1.*) habeatur. *l. 7. pr. ff. de jur. dot. l. 10. § 3. ff. eod.* ex eodem tamen concludendi medio confiscationi subtrahenda veniunt. Dotem quippe salvam semper habet mulier, etiamsi fiscus omnia mariti bona occupet, *l. 9. C. de bon. proscr. Nov. 134. c. 13. in f. Guazz. de confisc. bon. conel. 13. n. 35.* idq; tùm propter favorem matrimonii tùm propter tacitam, quam à tempore statim benedictionis sacerdotalis & nuptiarum in bonis mariti consequitur, hypothecam. *l. 12. C. qui pot. in pign. l. an. §. 1. C. de rei ux. act. c. 5. in f. X. de pign. Struv. ex. 26. §. 14. Ekb. ad tit. qui pot. §. 4. Lindem. exerc. Justin. ad tit. de act. §. 117.* quâ creditoribus anterioribus hypothecariis præfertur. *cc. 11. unde multò magis fisco, qui omnibus creditoribus hic postponitur. l. un. C. pæn. fisc. & Gail. 2. O. 86. per tot.* Sic (3.) socius quoq; securus est, si socius res communes non fideliter indicarit; pœnæ n. suos tenere debent autores *l. 22. C. de pæn. l. 2. §. 9. ff. de decur.* Unde & idem in vectigali defraudato statuit *Jctus in l. 8. §. 1. ff. de public. jung. l. 11. §. 2. l. ult. §. 11. ff. 11. eod.* Vid. *Myler. ab Ehrenbach. de princ. & stat. Imp. p. 2. c. 46. n. 10. Wurmser. Ex. jur. pub. 6. qu. 17. & 18.* modò socius non ipse fraudis conscius fuerit, *argt. l. f. §. 11. ff. de public. docentibus idem in materia vectigalis communiter Dd. Bertach. repertor. voce gabella. §. 1.*

§. 37. Ob naturam propriam in commissum cadere nequeunt, quæ ad extraneum hæredem non sunt transmissibilia. Fiscus n. heredis extranei loco est. *l. 2. C. ad L. Jul. unde vi. l. 5. C. de bon. proscr. Carpz. p. 4. c. 1. def. 16. n. 6. Hahn. ad tit. de bon. proscr. n. 6. p. 777. Ekbolt. 16. §. 3.* Hinc Excluduntur (1.) feuda, uti n. regulariter in iis propter Vasallagium à censu liber est Vasallus, *argt. l. 4. in f. ff. ad L. Rhod. de jact. Vid. Wurmser. Ex. jur. pub. 6. qu. 8. p. m. 265. juncto loco Grotii de J. B. & P. l. 1. c. 3.* Ita, licet statuta & mores de iis censum præstari jubeant, uti Jure Lubecensi fieri testatur *Mevius p. 3. l. 3. art. 2.* commissi tamen pœnam non admittunt. Aut n. est feudum novum aut antiquum. Si novum, Vasallo excidente, id ad dominum redit *2. F. 24. 2. F. 26.* Si antiquum, non poterit hoc modo agnatis & simul investitis præjudicari, adeoq; & sic ad eos, non ad extraneos devolvetur. *2. F. 24. 26. 31. & 37. Vid. Dn. Schwendend. ad Ekbolt. de bon. da.*

damnat. §. 3. Guazz. tr. de confisc. bon. concl. 13. lim. 33. §. 4. Perez in C. de bon. vac. Habn. de bon. damnat. n. 6. Struv. Synt. 7. Feud. c. 15. aph. 3. & seqq. Limneus in mantiff. ad capitulat. Ferdin. II. ubi, quanam de confiscatione feudorum ob crimen lese majest. inter imperat. & Status Imperii intercesserint controversia recenser. (2.) bona usufructuaria, quæ, licet itidem censui subjaceant. argt. l. 7. §. 3 ff. de usufr. quia tamen extraneo obvenire nequeunt. l. 15 ff. fam. ercisc. l. 66. ff. de jur. dot. §. f. Inst. de usufr. neq; sic commissi nomine fisco cedere poterunt. Sed quid de emphyteuticis dicendum? Nos sive antiqua emphyteusis sive nova fuerit, dum tamen sæcularis sit propter Nov. 7. c. 1. Habn. ad tit. de bon. damn. n. 6. ad fiscum in casu non soluti census pervenire posse asserimus. arg. eorum quæ habet Dn. Struv. Ex. II. 5. 69. in f. modò hoc pacto fuerit concessa, ut ad quemvis hæredem etiam extraneum esset transitoria, quomodo & in feudo merè hæreditario succedere fiscum Dd. statuunt. V. Dn. Stryk. de success. ab intest. c. 6. act. 2. n. 5. 10. Sixtin. de regal. c. 12. n. 46. p. m. 202.

§. 38. Excludenda quoq; hic veniunt bona supervenientia post solutum censum. Ut n. poena hæc licite exerceatur, requiritur, ut bona tempore soluti vel solvendi census apud fraudatorem exstiterint. Hinc in tuto sunt noviter legata, donata & alio titulo sive lucrativo sive oneroso acquisita. Quò m. refero bona tempore soluti census conditionalia, & postea, ut loquuntur, purificata. Seb. Guazz. de confisc. bon. concl. 13. n. 11. & 12. & seqq. Ut ut n. quamdiu in suspensio sunt, in bonis jam esse dicantur, eorumq; respectu quis creditor in LL. audiat. l. 42. pr. ff. de O. & A. l. 10. l. 54. ff. de V. S. l. 1. l. 3. l. 5. l. 10. l. 15. ff. ex quib. caus. maj. l. 1. ff. quib. ex caus. in poss. eat. Vid. Gædd. ad l. cit. 54. de V. S. census tamen & onera ex iis ante præstanda non esse patet, quàm actu apud eum existant, qui ad ea alioqui tenetur. Non entis n. nulla sunt accidentia, nulla onera.

§. 39. Merces a. mercatorum, ut cum nonnullis excipiam, rationem video nullam. Sunt equidem, qui Mercurio adeò favent, ut merces censui civico eximendas putent, ex iis potissimum rationibus, quod mercatorum res in incerto fluctuent, multisq; casibus, veluti belli naufragii, & debitorum foro cedentium expositæ sint, atq; m. variet admodum earum valor. Surd. consil. 146. n. 6. Cravetta. cons. 479. Cui sententiæ videntur m. favere textus in. l. 73. §. p. ff. de leg. 3. & l. 32.

D

§. 4.

§. 4. ff. de aur. & arg. leg. & l. 44. ff. de leg. 3. in quibus exsert
videtur dici, merces non contineri in bonis, quo præsupposito, nec
poena commissi locum habere potest. arg. l. 13. ff. de adop. l. 32. ff. de
pact. Verùm quò minus his calculum adjiciam, movet me textuum
generalitas in l. 4. & 5. C. de annon. & trib. l. 1. C. de immun. nem. con-
ced. ubi indistinctè nemo immunis pronunciat, nec ullibi in LL.
nostris monstrari poterit locus, qui mercibus singulare immunitatis
privilegium tribuat, unde nec nostrum est sine lege distinguere aut
loqui, juxta Nov. 18. c. 2. l. 8. ff. de publ. in rem. act. Ut taceam, ini-
quum hoc esse, si id, unde maxima mercatoribus est utilitas, maximum-
que lucrum, sine onere haberent. Christ. Besold. polit. l. 2. c. 4. §. 25.
p. m. 687. Neque obstant, quæ afferebantur, rationes, si n. ea strin-
gerent, sequeretur m. reliqua omnia reliquorum civium bona censui
eximenda, quippe quæ iisdem ferè periculis exposita sunt, quod tamen
admitti nequit. Conf. Carpz. 4. Resp. 72. n. 33. Klok. de contrib. c. 11.
n. 91. p. 233. Coetman. conf. 11. n. 166. vol. 1. Ad textus allatos & quidem
ad l. 73 §. p. ff. de leg. 3. Resp. cum Bachovio, tr. de pign. l. 1. c. 6. n. 7. p. 21.
suis ibi servos non dici oppositivè ad eos, qui non sunt in bonis, sed in
respectu ad eos, qui in ministerio & operis nostris non sunt. Ad l. 32.
§. 4. ff. de aur. & argent. leg. respondet Covarr. 2. resol. 5. n. 3. quod or-
namentum muliebri corporis sui intellexerit testatrix, non in genere
de omnibus bonis suis locuta sit. Ad l. 44. ff. de leg. 3. respondet Bachov.
loc. cit. Jung. Wissemb. p. 1. disp. n. 39 §. 7.

§. 40. Minus dubii est circa credita & nomina activa. Sunt
n. & ea in bonis nostris l. 49. ff. de V. S. l. 19. ff. de V. l. 52. ff. de A. R. D.
quamvis neque ea in bonis esse velit Hunnius, cujus argumenta itidem ex-
pendit Bachov. l. c. Ac licet hic eadem posset aptari distinctio, quæ ali-
as in materia pignorum uti solent Dd. ut si mentio facta in statuto fue-
rit omnium omninò bonorum, aller Haab und Güter beweglich und
unbeweglich nichts überall außbeschieden / uti in jure Hildesensi in
juramento obsequii (Bürger-Eyd) verba habent, omninò censui
subjaceant. arg. d. l. 49 ff. de V. S. si a. mentio tantum mobilium &
immobilium fiat, aller Haab und Güter bewegl. und unbeweglich/
non comprehensa censeantur. arg. l. 7. §. 4. ff. de pecul. l. 15. §. 2. ff. de re
jud. l. 78. §. 1. l. 86 ff. de leg. 3. Hahn. ad tit. de pign. n. 3. Seruv. Ex 26. §. 20.
Quia tamen facile apparet, mentem hanc non fuisse statuentium, ut
no-

nomina excepta vellent, ideò calumniosa videretur statuti interpreta-
tio, si ea à censu libera pronunciarentur. Ubi n. statui tenor exigit, ut
ad alterum divisionis membrum referantur, ex re interpretationem
capiunt. *Ludwel. Ex. V. §. 1. lit. C.* Unde & de iis onera hæc præstan-
da sunt, iisque omissis in dominium fisci transeunt, qui postea ea tan-
quam cessionarius à debitore exigere poterit. Notanter a. dixi activa,
ut designetur, non debitorem, sed creditorem ad censum de iis exsol-
vendum teneri. Neq; n. vel pacto id effici posse, ut debitor eum su-
stineat, dicunt Dd. sed pro usurario id habendum esse. *Rauchbar.
p. 1. qv. 28. Bald. in l. f. C. de reb. cr.* Necquicquam obstante, quod in
l. 1. pr. ff. de lib. leg. dicatur debitorem esse dominum debiti. *arg. l. 9. C.
de pign. act. l. 1. §. 4. ff. de O. & A. Vinn. ad pr. inst. q. m. re. contr. n. 7.*
Illud n. dicitur saltem respectu corporis, ita ut eo pro lubitu uti &
abuti tanquam dominus possit, non quasi verè m. quantitatis & gene-
ris sit dominus, eò n. respectu debitor est. *l. 39 ff. de V. S. l. 72. ff. de Jur.
dot. l. 11. ff. de J. F. l. 6. C. ad L. Falcid. Vinn. cit. l.* Ita tamen creditor
ad censum hunc exsolvendum obstrictus est de nominibus, si ea sint
exigibilia. *Carpzov. 4. Resp. 72. n. 33.* & si ulla in re juxta propor-
tionem fructuum collectæ imponi debent, certè illud hic maxi-
mè observari æquissimum est. *Klok. de contr. c. 17. num. 91. §. c. 11.
num. 82.*

§. 41. De bonis extra territorium sitis gravis & in utramque
semper partem disputata à magni nominis Jctis est quæstio, an & de iis
census in loco domicilii sit solvendus, adeoque an & in commissum
ibidem indicatione omissa cadere queant? quam sæpius in Camera pro-
positam, nunquam a. decisam esse dicit *Mynsing. cent. 5. obs. 22. n. 4.*
Et quidem quoad mobilia res est expedita, ut de iis indistinctè solven-
dus sit in loco domicilii census, quippe quæ personæ ossibus firmiter in-
hærent, ita ut ab ea non minus separari possint, ac anima à corpore,
uti veteres Jcti dixerunt *Klok de contrib. c. 11. n. 18. Cothm. conf. 21.
n. 872. vol. 1.* de quibus & verum est vulgò quod dici solet, bona esse
accessorium personæ *arg. l. f. C. de inoff. test. l. 2. ff. de pec. leg. Coler. de
process. execut. p. 1. c. 3. n. 230. Jac. Schultes, p. 1. qv. 39. n. 12.* & sub-
jacere legibus loci cui persona subest. *Struv. Synt. I. C. Ex. XXXIIX,
§. 44.* indeque & ea ubicunque sita in crimine læsæ majestatis à judice
domicilii confiscari dicit *Wissebach. disp. ad π. tit. de bon. damn. §. 26.*

Servu. Ex. L. §. 35. De bonis autem immobilibus maximè contentio-
nis serra trahitur. In negativam qui descendunt moventur (1.) quod
extra territorium jus dicenti impunè non pareatur. *l. ff. de jurisd. ces-*
santeqve jurisdictione statuentis, cesset m. ejus obligatio. Cravett.
consil. 30. imò pro privato habeatur, juxta vulgatum. *cujus tamen li-*
mit. vid. apud Lib. Bar. à Friesen diss. sub Dn. Stryk. habit. de jur. princ.
extr. terr. c. 1. pr. Quod & eò extendunt, ut etsi expressis verbis sta-
tutum conceptum sit, *die Güter mögen liegen / wo sie wollen /* non ta-
men extra territorium obtineant, cum non possint verba addere, quod
jurisdictioni ob defectum per rei naturam deest, uti loquitur *Carpz.*
p. 1. C. 20. def. 10. n. 6. & p. 3. C. 12. def. 12. n. 6. Gail. 2. O. 24. per tot. Myn-
sing. cent. 7. O. 19. adeoq; (2.) paria sint non esse in territorio & esse
exemptum. *Knichen. de jur. territor. c. 4. n. 58. Natta cons. 643. n. 6.*
Mascard. de gen. stat. interpr. concl. 7. n. 39. & prolixè Cotbm. cit. 1. qui
maximè hanc sententiam tuetur. Et (3.) quod nemo duplici onere
gravandus, *l. 4. §. 4. ff. ad L. Rhodiam de jactu. l. 34. §. 5. ff. de legat. 2. &*
expressè in l. 4. §. 2. ff. de cens. decisum sit, censum fieri debere ibi, ubi res
sita est.

§. 42. Et certè magna hæc & veritate & æquitate dicuntur, &
à multis ideò Jctis hæc recepta est sententia, uti videre est ap. *Cotbm.*
l. c. & Mev. ad J. L. p. 2. tit. 3. art. 2. n. 75. & ibi allegat. Verùm neq; al-
teram sua ratione desitui putem, neqve m. desunt, qui eam defen-
dere allaborant. Cum n. census de quo jam mihi sermo est, onus non
sit merè reale (quæ aliàs locum rei sitæ respiciunt *l. 4. §. 2. ff. de cens.*)
sed mixtum, quod primariò personam, secundariò vero res respicit,
non iniquum videtur, si & is in loco domicilii poscatur. *Vid. omnino*
Klok. de contrib. c. 11. n. 30. Etenim (1.) hic magistratus in loco domi-
cilii, non tam disponit sic circa rem, quam circa actum de re. Verùm
quidem est, quod adducebatur, statuta & præcepta extra territorium
statuentis non esse obligatoria, sed id intelligendum putem, quando a-
ctus extra territorium sunt expediendi, quo de m. loqui videtur *Carpz.*
cit. loc. loquitur enim de successione in bonis extra territorium, non ubi
actus, ut in hac materia, geritur in territorio. Sic v. gr. magistratus,
cui persona subest, potest eidem leges præscribere de testamento &
contractu celebrando. *l. 3. ff. qui test. l. ff. de suis, & leg. Vid. Vinn. ad*
pr. Inst. de test. n. 3. in med. quod observare tenetur testator etiam, quoad
bona

bona extra territorium. *Vid. Myns. cent. 5. Obs. 20. n. 4. Schnobel. disp. 1. §. II. (2.)* talis census extra territorium non est solvendus, nisi fortè ibi simul civis sit, cum, uti ante dictum, cives primariò ut cives respiciat, indeqve & *der Bürger-Schoß* audit. Ut aded non obstat *l. 4. §. 2. ff. de cens.* quæ loquitur de onere merè reali, neqve duplici onere hic quis gravatur, cum alibi præterea, quæ aliàs ipsi in loco domicilii, si ibi sita essent bona, solvenda census civici nomine nihil pendat. Atq; hinc in Imperio nostro receptum esse, ut sive bona extra sive intra collectantis territorium sint sita, cives ea juratò in æstimum referre teneantur, idq; in sua ratione niti testatur *Nic. Myler. ab Ehrenb. de stat. & princ. Germ. p. 2. c. 62. §. 12. p. 586. Kripschildt de civit. imp. l. 2. c. 17. n. 54. Kok l. c. n. 30. & 31. Wurmser. Ex. Jur. publ. 6. qu. 10. in f. p. m. 269. Rosenb. de feud. c. 5. concl. 50. in f. ubi & ita in causa Zerschmeislers contra Donawerda pronunciatum in Camera refert. Mev. ad J. Lub. l. c. Gal. 2. O. 53. Myns. cent. 5. O. 22. n. 4.* Cui jam consequens est, talia bona iis in locis, ubi tale statutum viget, in casu fraudulose professionis tanquam commissa à fisco domicilii vindicari posse. Ubi tamen magistratus domicilii judicem rei sitæ ad faciendam in ea executionem implorare debet, qui non magis id ei denegare poterit, ac si fortè privatus id peteret, *arg. l. 14. ff. de vect. comm.* & sicubi fortè in exequendo morosus fuerit, ad interesse conveniri poterit. *Carpz. p. 1. l. 32. def. 1. & c.*

§. 43. De mobilibus domesticis, pecunia otiosâ, vasis argenteis, lapillis pretiosis & similibus dubitari posset, an & ea poenæ commissi subjaceant? Sunt n. qui ea à collectis immunia esse volunt, ex eo, quod sint res steriles. De pecunia quidem text. *in l. 121. ff. de V. S. est* ut ne quidem usuras hinc admittant canonistæ. *Vid. Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 11. §. 20. Habn. ad W. de us. n. 5.* Et quoad mobilia reliqua videtur eadem subesse ratio, ac præterea illuc in facere Rec. Imp. de anno 1542. §. *Doch sollen eines jeglichen Kleinodien.* Verum placet hinc sententia *Dn. Ziegleri. Ex. 1. de jur. coll. §. 27.* quod pecunia otiosa neutiquam oneri publico sit eximenda. Sterilitas n. hæc multum differt ab agri a fundi naturali sterilitate. Et si is ager, qui per culpam domini sterilis factus est, censui subjacet, *arg. l. 4. §. 1. ff. de cens.* quidni & pecunia per negligentiam domini otiosa? cum & ea possessorem suum etiam tum, cum otiosa est, locupletem faciat, *Et quid, inquit*

Dn. Ziegl. l. c. plus committit, qui agrum sua culpa sterilem relinquit, cur censoriam metuendam habuerit virgulam, quam qui pecuniam suam otiosam ipse facit? De mobilibus quoque pretiosioribus domesticis non ita absolute loquitur alleg. Rec. Imp. sed distinguit, inter ea, quae quis pro conditione & statu personae suae possidet, & quae ad luxum & pompam habentur. Verba n. ita habent: Doch sollen in solchem Anschlag eines jeglichen Kleider/Kleinod und Silber Geschirr/derer ein Jeder NB. seinem Stande und Wesen nach sich zu gebrauchen/nicht wohl entberren kan außgenommen werden. Posset n. alioqui sic fraus legi fieri, dum quisque sibi ejusmodi res comparaturus esset, ut in iis totum patrimonium constitutum habeat ne de iis censum solvere teneretur. Jung. Knipschildt de civ. Imp. l. 2. c. 17. n. 39. Bodin. de reb. tab. 6. cap. 2. Bornit. de arar. l. 4. c. 2.

§. 44. Pergo jam ad *Subjectum passivum*, sive in quod confiscatio haec exercetur, de quo ibidem gratæ brevitatis ergo generalem hanc formo regulam: Quicumque est civis bona censui subjicienda possidens, & ad censum solvendum adstrictus, si eundem defraudat, poenam hanc luit. Requiro ergo (α) ut sit *civis*, & *subditus*. Id n. ex natura census facile apparet; ille n. formaliter, uti loquitur *Gail. 2. O. 52. n. 10.* personam, materialiter vero personam respicit, *Klok. de contr. c. 11. n. 30.* Atq; hinc à censu hoc ejusque non soluti poenâ excludo forenses sive extraneos, quippe qui propriè subditi non sunt, etiam si bona sub alia jurisd. possideant, a. ibi habitent, quia sola domus possessio subditum non facit, *arg. l. 17. §. 5. ff. ad mun. l. 4. C. de in col. Carpz. l. 2. Resp. 22. §. p. 2. Decis. 179. n. 21.* Indeque & communis Dd. schola eos ab oneribus hisce mixtis excludit *Brunneman. ad l. 4. C. de in col. Besold, polit. l. 2. c. 4. n. 28. p. m. 682. Wurmser. Ex. Jur. publ. 6. qv. 11. p. m. 270. Gail. 2. O. 52. n. 13. Klok. de contr. c. 13. sect. 1. per toe.* (β) ut possideat bona censui obnoxia. Atq; hinc incapaces hujus poenae sunt pauperes, quia immunes sunt, *arg. l. 4. §. 2. ff. de mun. & bon. commodatarii, arg. l. 8. ff. comm. l. 9. ff. de R. V. depositarii & similes detentores, quia onera ad ipsos rerum dominos pertinent. Ekkolt. ad tit. de cens. qvò m. refero conductores ratione rei conductæ. Licet n. nonnulli conductore ideò ad onera de re conductæ sustinenda teneri dicant, quod percipiat fructus; collecta a sit onus fructuum, census tamen*

no

nostri natura non patitur, ut alius, quam dominus eum præstet. *Ekke-*
cit. l. Carpz. p. 2. C. 40. def. 5. de metatis quatenus ea præstet conductor.
vid. Mev. im rechtl. Bedenken von Grundhern und Pensionarien.
quest. 4. Tabor. de mer. c. 3. (γ) ut non privilegium immu-
nitatis habeat. Hinc excludo Clericos. Klok. de contr. §. 31. Pro-
fessores aliosq; literatos Richter. c. 237. eccles. ax. 237. Besold. 2. pol. c. 4.
§. 25. item officiales, & ministros publicos. Qui tamen portionem
aliquam juxta locorum consuetudinem magistratui solvere solent,
quam das Vorschoss appellat, quamvis ea non, uti alias census, in-
proportione & juxta quantitatem bonorum imponatur. Vid. Mev.
ad J. L. p. 2. tit. 3. art. 3. (δ) deniq; ut in omnibus delictis, dolus &
propositum humidum, ut ita loquar, radicale constituunt, arg. l. 53. pr.
ff. de furt. §. 1. Inst. de furt. ita & hic præterea subjectum doli capax ad
effectum commissi requiro.

§. 45. De herede an ceps lis est, an & in eum actio de commis-
so rectè exerceatur? Ad quam enucleandam distinctè progredien-
dum est. Vel n. res commissæ apud heredem existit, vel non. Si prius,
indistinctè eum ad eam exhibendam & tradendam cogi posse, sive lis
sit contestata, sive non, asserere non dubito. Idq; (1.) propter text.
in l. 8. pr. ff. de vect. & commiss. ubi Papinianus: fraudati, ait, vectigalis
crimen etiam ad heredem ejus, qui fraudem contraxit, commissi ratione
transmittitur. cui suffragatur Ulpianus in l. 14. ff. eod. ubi post repe-
tita Papiniani verba, quod commissum est, ait, statim desinit ejus esse, qui
crimen commisit, eaq; propter commissi persecutio, sicut adversus posses-
sorem, ita & adversus heredem competit. (2.) quia poena hæc com-
missi ipsam rem afficit, dum ipso jure dominium ejus fisco acquisitum.
d. l. 14. adeoq; eadem cum qualitate ad heredem transit, arg. l. 14. §. 2.
ff. de pign. act. l. 1. ex literis X. de pign. c. tua. X. de usur. Schoran. exam.
jurid. in not. ad qu. ult. ff. de vect. (3.) quia hic res ad heredem per-
venit, iis autem casibus heres etiam ex delicto de functi tenetur, per
l. 38. l. 44. ff. de R. I. l. un. C. ex del. def. quand. her. Turpia n. lucra he-
redibus extorquenda. l. 5. C. de calumn. l. 16. §. f. & 17. ff. quod met. caus.
l. 26. de dol. mal. Vinn. & Schneidwin. ad §. 1. Inst. de perpet. & temp.
Wissembach disp. ad 7. ad l. 38. π. de R. I. §. 1. Quod si vero res com-
missa non sit apud heredem, subdistinguo, an lis cum defuncto sit.
con-

contestata nec ne. Priori casu omnino tenetur heres sive possideat sive non *l. 139. l. 87. ff. de R. I. l. 33. l. 58. ff. de O. & A. l. 3. §. 11. ff. de pec. Wissembach. disput. ad l. 44. de R. I. §. 2.* Posteriori a. casu heres non possidens securus est. *arg. l. f. §. p. ff. de publ. Conf. B. Lauterbach disputat. de Jur. fisc. §. 10. & Dn. Ziegler. de jure vectig. §. 8. & disput. de pœn. commiss. §. 93. Dn. Schwend. ad Ekb. tit. de public. eodem modo hæc in materia vectigalis commissi explicantes.*

§. 46. Ut proinde nimis crudè colligere videantur, qui sic inferunt: De dolo defuncti non datur in heredes actio. E. ubi non datur præsuppositum, cessat dispositum, & ubi fraus aut dolus non est, ibi nec poena esse debet. *Wesembec. consil. sep. alleg. 336 n. 81. & 82. & seq.* Hoc n. sine grano salis acceptum fallere ex dictis constat, cum primis, ubi delictum est tale, propter quod bona ipso jure publicentur, uti observant *ex l. 22. ff. ad Sc. Syllan. J. O. Tabor. anal. ad Barbos. l. 14. ax. 40. Brunneinan. ad d. l. 22. jung. l. 20. ff. de accus.* Sic n. hæc actio, quatenus adversus heredem exercetur, non tam poenalis est dicenda, quam potius rei persecutoria, cum dominium rerum à defuncto ipso jure ad fiscum transferit, prout hoc elegantissimè explicat *Dn. Struv. Evolut. con trov. ad Ex. 46. §. 83.* Unde & plurimi, & ipse m. Wesembecius hanc actionem Rei Vindicationem hinc inde appellant, *e. l. Klok. de contr. c. 19. Bocor. de regal. c. 2. n. 214. arg. l. 14. ff. de publ.* Nec obstat. *l. f. §. p. ff. de vectig. com.* Commodissimè n. cum *Dn. Schwendend. l. c.* eum locum interpretamur de herede quatenus non est rerum commissarum possessor, *l. 14. ff. eod. l. 2. C. eod. & lis non est contestata, Wurmser. Ex. jur. publ. 6. qu. 16. p. m. 281.* vel etiam uti notat cum *glossa Dn. Ziegler. l. c.* de publicani delinquentis heredibus.

§. 47. Ordo tandem nos devolvit ad *Formam*, quam colloco, in legitimo modo bona commissa confiscandi. Ut a. legitime ac citra præjudicium partium fiat, requiritur (1.) ut juxta formam statuto vel consuetudine introductam fiat, & juxta monitum Aristotelis, poena sumatur patrio more, *Pol. II. Lips. 4. pol. II. n. 34. 35.* Uti enim aliàs in collectis forma statuto vel lege præscripta strictissimè ad unguem est servanda *l. 6. C. de exact. trib. l. 7. C. de servit. & aqua Brunneinan. ad l. 4. C. de J. F. Myler. ab Ehrenbach. in archol. ord. Imp. c. 22.*

c. 2. p. 112. ita imprimis in hoc negotio, quippe quod quantum quantum est à speciali statuto dependet. Secus n. agens iudex, non tantum annullat processum *Carpz. 4. R. 2. n. 3.* sed & tanquam privato licitè resisti potest, *Stryk. disp. de fact. jud. de fact. c. 6. n. 94.* quamvis pœnam ex justa & probabili causa mitigari posse non negaverim, *vid. Philipp. usupr. l. 1. ecl. 18. n. 3.* (2.) ut juris ordine servato fiat. Sine causâ n. cognitione procedenti iudici impunè resistitur, *Carpz. l. 1. resp. 2. n. 10. Mev. p. 4. dec. 72. n. 2.* Caveat ergò iudex, ne prærupte hujus negotii telam ordiatur, ne reo nondum convicto ad executionem properet, *l. 1. C. de exec. rei jud. l. 9. §. 1 ff. de off. proc.* Neque n. aliàs id JCrus *in l. 2. ff. de bon. damnar.* spoliolum appellare non dubitat, ante convictum reum, confiscare. *vid. l. f. C. ad L. Jul. maj. l. f. C. de accus. Habn. ad W. d. t. num. 7.* Ut n. dicatur dominium ipso jure transire, non tamen propterea statim & possessio transit. Ea n. plurimum facti cum habeat, *l. 39. ff. de A. & A. P.* ad eam transferendam factum hominis requiritur. *Magnif. Dn. Born. dissert. de jure in re. cap. 4. §. 3.* Et generaliter quoties leges privationem ipso jure inducunt, sententiâ tn. declaratoriâ ad possessionem transferendam opus esse cõmuniter statuunt *Dd. Struv. Ex. 11. §. 73. & Ex. 39. 15. Gail. 2. O. 51. n. 51. Guazz. de confisc. con. 15. n. 11. Bachov. ad Tr. V. 2. D. 18. lit. d.* Defensio n. nemini vel contra fiscum est deneganda *l. 7. & f. c. de I. F. ibiq. Bruneman.* Licet n. in causis fiscalibus levato velo procedatur. *Klok. c. 19. n. 569.* reus tamen cum suis exceptionibus audiendus est, quippe quæ tam ordinario quam summario processui communes sunt. *Fibig. process. p. 1. c. 2. §. 9. & p. 2. c. 1. m. 1. sect. 2.* Anne ergò appellatio reo concedetur hic? Ratio dubit: ea est, quod in materia collectarum regulariter ea denegetur, *Mev. p. 4. Dec. 35.* & hoc sit debitum fiscale, ubi itidem appellationes non admittuntur *l. 4. & f. C. quor. appell. non rec. Bruneman. in proc. civ. c. 18. n. 17. Schük. comp. jur. de J. F. p. 569.* Verùm æquius tamen est, ut ea tanquam defensio, *arg. l. 1. ff. de appell. Gail. 1. O. 121. n. 1.* quæ ne diabolo quidem deneganda est *Wissemb. ad d. t. disp. π. §. 5. in f.* & hic reo concedatur. In debitis n. fiscalibus non admittitur quidem appellatio, sed ubi res est liquida, & ubi in rei persecutione versamur. *Brun-*

E

eman.

ueman. ad l. 4. C. quor. appell. Sed num exceptio compensationis à reo fisco hic opponi poterit? Quod, licet aliàs in causa collectarum contra fiscum locum non habeat per *l. 46. §. 15 ff. de J. F. de J. F. Habn. ad W. de comp. n. 10. p. 577.* affirmatur, quia in pecuniariis causis fisco ea rectè opponitur à privato, cui fortè fiscus debet. *arg. l. 45. §. 4. ff. de J. F. Struv. Ex. XI. 15. in f. W. fsemb. part. 1. Disp. π. 3. p. §. 3.* De eo quoque dubitari poterat, an quando res nondum est decisa iudex licitè arrestare queat bona rei? Et licet id executionem sapiat, à qua processus non inchoandus, ubi tamen justus dilapidationis a. alienationis metus est, modò iudex intentionem suam prædictis modis probaverit, quin licitè hoc fiat, non video, quid obstet. Cum m. sic pendente lite sequestrationem à fisco fieri posse concedant *Dd. arg. l. 21. §. f. ff. de appell. l. 22. §. 18. ff. sol. matr. Brunnem. ad l. 7. C. de J. F. n. 6.* & aliàs actio inanis possit reddi. *l. 6. ff. de dol. Gail. 2. O. 148. n. 2. Habn. ad W. tit. depos. n. 6. p. 590. Struv. Ex. XI. 50.* (3.) quoque singulare est quod fiscus hic omnes creditores suum persequentes sequi debeat, & *πρωτοπραξίας*, qua alias pollet, privilegium hoc in casu dormiat, *l. 11. l. 37. ff. de J. F.* ac ea demum capiat, quæ deducto ære alieno supersunt, *l. un. C. pæn. fisc. cred. praf. ib. q. 3. Perez. arg. l. 39. ff. de V. S.* Fortius n. semper jus esse debet suum persequentis ac de damno vitando certantis, quam de lucro captando agentis *l. 41. §. 1. ff. de R. J. l. ult. §. 5. C. de Jur. delib. Wissemb. ad d. l. 4. §. 6.*

§. 48. Effectus juris hujus nostri potissimi sunt sequentes (1) Quod dominium rei commissæ fisco ipso jure à tempore contracti criminis acquiratur, *l. 14. ff. de publican.* Verùm id dextrè explicandum, neque n. anteqvam condemnatio subsequuta sit, confiscatio fieri poterit, cum sola accusatio, juxta *Amm. Marcellinum*, nocentem non reddat. Sed id pertinet ad eum demum casum, quo postea crimen probatum & sententia secuta est, eaq; retrotrahitur ad tempus delicti, ita ut si fortè fraudator in præjudicium fisci ante sententiam res commissas alienaverit, eæ alienationes, tanquã inutiles sive lucrativo sive oneroso titulo factæ fuerint, revocentur, uti exponit *Bachov. ad Tr. Vol. 2. D. 2. §. 1. lit. 9* tales n. alienationes non subsistere docet *l. 45. pr. ff. de J. F. l. 20. ff. de accus. l. 15. de don. l. 15. ff. qui*

*ff. qui & à quib. man. l. 5. & 4. et. f. C. ded. L. Jul. Maj. Wissembach. p. 2. disput. π. 39. § 12. quò m. refero, si quis pecuniam allodiam in feudalem converterit. Philipp. usupr. l. 4. ecl. 45 n. 9. 10. Quam tamen revocationem alienationis ita demum procedere puto, si tertius vel titulo lucrativo, vel oneroso quidem, sed fraudis conscius rem acceperit, non si ignorans, arg. l. 1. §. 6. & 8. ff. quæ in fraud. cred. l. 6. §. 11. ff. eod. l. p. C. eod. Conf. Dn. Præsidis dissert. peculiaris ad h. t. c. 2 §. 6. Ad eò a. in fiscum rerum confiscatarum dominium transit, ut ea liberè alienare iterum queat, earumq; emtor plenissimam ab omni evictione & pulsatione securitatem sibi polliceri queat, l. 1. l. 2. C. ne fisc. rem quam vend. l. f. C. de quad. pres. imò et si quis titulo lucrativo à fisco eam acceperit. Myler. ab Ehrenbach. de stat. & princ. p. 1. c. 32. §. 2. (2) Effectus is est, ut licet alias depositarius nunquam deponenti rem depositam denegare queat, l. 11. C. depos. propter scil. exuberantiam fidei, eo tamen casu, ubi alicujus bona ob delictum publicantur licitè eam retinere, ac invito deponente fisco tradere queat, ex. l. 31. pr. ff. de poss. Habn. ad Wes. eod. p. m. 5. 88. (3) Inter effectus & id numerari meretur, quod uti res ad fiscum, cum omni causa, ita & cum suo onere ad eundem transeat, arg. l. 15. ff. de pign. act. Rosenthal de feud. c. 5. concl. 80. Atque hinc m. de bonis emphyteuticis & similibus oneri obnoxii omninò canonem & consveta onera præstare debet, arg. l. 175. ff. de R. l. l. 61. ff. eod. l. 2. C. ad L. Jul. de vi publ. Ex quo etiam fluit, quod fiscus in nomina hoc pacto succedens sortem resignare nequeat, ante tempus, quod pacto constitutum erat inter priorem creditorem & debitorem. Hinc si in instrumento obligationis, ceu plerumque fieri solet, *Mev. p. 1. dec. 73.* expressum sit, daß ein halb oder viertel Jahr die Loskündigung des capitals geschehe / repelli potest fiscus exceptione plus petitionis si vel ante tempus, l. legitimo quidem tempore, sed sine prævia denunciatione peteret, sicut nec teneretur ante tempus conventionale elapsus involuntarius oblatam sortem eo casu accipere, arg. l. 177. ff. de R. l. Conf. Berlich. p. 1. dec. 103.*

§. 49. Restarent adhuc multò plura, & de fine, contrariis & affinis quædam dicenda forent, sed quia ea relatè ad priora se habent, quorum uno cognito alterum ignotum non est, atq; etià invisa
sem-

semper disputationum prolixitas ulterius progredi vetat, pedem
hic figo, & DEO, in cuius nomine telam hanc orsus sum, pro divi-
nitus præstito auxilio, uti omnium meorum laborum sic & hujus
consecro

F I N E M.

Sic studiis vigilasse juvat, specimenq; laborum
Composuisse sibi. Perge bonis avibus!
Et facile explebis Fautorum & vota Parentum,
Nec deerunt tandem digna brabea tibi.

Auditori suo perquam industrio

f.

Andreas Mylius, J.U.D. & P.P.

Qvæ committuntur fisco bona sistis, Amice,
Ob falsum censum. Censeo quod numeret
In censum rursus te grata Astræa suorum
Atque bonis fiscus mox decoret variis.

*Quod de Amico suo per dilecto & Auditore
diligentissimo ominatur*

D. Fridericus Philippus.

Fisco indicendum æscunctum esse fideliter, inquis,
Fallor? an hoc ipsum dum asseris, ipse facis?
Euge ergò, ut Fisco professio grata bonorum est,
Sic & ei specimen gratum erit Hocce Tuum.

pauculis hinc

*Nobil. Dn. Auctori, Contubernali suo Fra-
tris instar dilecto gratulabundus ap-
plaudere voluit*

Johannes Sittmann/
Hadel, LL, Stud.




Leipzig, Diss., 1680

X 2373073

1077





1680 2
~~42~~

DISPUTATIO JURIDICA
De

**JURE FISCO CIRCA
BONA OB DEFRAUDATUM
FALSA PROFESSIONE CENSUM
IN COMMISSUM CA-
DENTIA.**

Quam

Summo Numine adjuvante

Consentiente Magnifico Jctorum
ordine

SUB PRÆSIDIO

DN. AUG. BENED. CARPZOVII,
J. U. D. & Pandectarum Prof. Publ.

*Dn. Patroni ac Præceptoris sui ætatem
devenerandi,*

Ad diem XXIX. Aprilis, A. O. R. 1680.

Publicæ Eruditorum συζήσεις committet

A U T O R

HENR. EBERHARD. Schnarmacher /
Hildef. Saxo.

H. L. Q. C.

L I P S I Æ,

L I T E R I S C O L E R I A N I S.

